Expositio Egidij romani super libros de anima cum textu.


NLM

¶ Egidi interpretis Aristotelis Egidij romani heremitarū ordinis in libros de anima expositio.



x romanorū spectabili ac illustri prosapia oriūdo sibi ꝑpl'm dilecto dño Jacobo: dñi Joannis gagethani rothomagē si canōico Frater egidius romanus ordinis fratrū heremitarū sancti Augustini seipm ac ꝓmptam ad sua beneplacita volūtatē. Dū itra me tacit⁹ cogitarē qd vr̄e generositati erga quā tāta dilectiōe afficior muneris offerre valerē circūspecto nr̄o igenio: ⁊ ꝯsiderata vestra idustria nāli decreui nil ꝑ me posse vobis transmitti decētius: nil destinari vtilius: q̄ʒ expōnē libri de aīa: cui⁹ cognitio ad oēʒ veritatē videt̄ ꝓficere: ⁊ maxime ad nālē: ad quā capescēdā tāto videt̄ itellect⁹ sup cōem modū hoiuʒ eē dispositus: q̄to ds altissim⁹ ꝑ multis alijs psonā vr̄am nobiliorib⁹ nālib⁹ ꝑ ornauit. Suscipite ḡ dilecte carissime destinatū donuʒ aīo letabundo: qđ tanto magis rōneʒ doni ꝑticipat. et tāto magis se eē placitū ꝓbat. nec nō ⁊ tanto maiorē meā caritatē ⁊ sollicitudinē erga vestrā nobilitatem arguit ⁊ ostendit: q̄to postulationi ꝑueniens oblatū esse dignoscitur potius q̄ʒ petitum.



hilosophus in 2° phy. volēs iuestigare termios ⁊ limites cōsideratiōis p̄hi nālis ait. vsq3 quo physicū oʒ cognoscere spēm: ⁊ qđ qd est. i. vsq3 ad quē terminū pōt se extēdere ꝯsideratio physica: siue ꝯsideratio p̄hi nāl' quā hʒ de spēb⁹. i. de formis q̄ sūt: qđ qd ē. i. q̄ ꝑncipal'r ꝑtinent ad rōnē qditatis. huic aūt qōni ⁊ inquisitiōi rñdet idē p̄hs ibideʒ dicēs: ꝙ sic oʒ considerare physicū formā spēm: ⁊ qđ qd ē: queadmodū oʒ medicū cōsiderare neruū: ⁊ fabrū es. nō eni ois ꝯsideratio nerui spectat ad medicū: neq3 qcqd pōt cōsiderari de ere ꝑtinet ad fabrū: nec ois ꝯsideratio de formis spectat ad p̄hm nālē. q̄re si videre volum⁹ q̄liter prefati artifices ꝯsiderant de ꝑdictis: videdū est q̄lis sit ꝯsideratio medici fabri ⁊ physici: medicus qdē si ꝯsiderat de neruo: h̄ est iq̄tū in eo vult iducere sanitatē. ois igit̄ illa ꝯsideratio q̄ sanitati deseruit ⁊ q̄ ordinat̄ vt sanet̄ neru⁹ ſʒ ꝙ h̄ mō est: spectat ad medicū. si aūt sit aliq̄ ꝯsideratio nerui hāc trāscēdens: subterfugere pōt ꝯsideratiōnē medici: sic q2 faber ꝯsiderat de ere: vt ex eo possit artificialia ꝯstruere: ꝯsideratio eris vt ordinatur ad opus vasoꝝ eneoꝝ vel alioꝝ artificialiū q̄ ꝯstruuntur ex ere: spectare pōt ad fabrū erariū: sed si sit aliq̄ ꝯsideratio eris hāc cōsideratiōnē trāscēdēs subterfugit ꝯsiderationē ei⁹. Ex h̄ ḡ patere pōt q̄ sit cōsideratio nālis: ⁊ vsq3 quo se extēdit ꝯsideratio eius quā hʒ de formis. nā nālis p̄hs qcqd ꝯsiderat est aliquo mō motui ⁊ transmutationi ꝯiunctū: q2 vt dr̄. 2° phy. q̄ nō amplius mota mouēt nō amplius sunt physice ꝯsideratiōis. forme ḡ oīno imāles non ꝯiuncte māe sube trāsmutationi ⁊ motui ſʒ subam nō sūt de ꝯsideratiōe physici. Itaq3 tādiu se extendit ꝯsideratio physica erga formas donec perueniat ad formā illā q̄ aliq̄ mō est imālis: ⁊ aliquo mō est ꝑfectio māe. ibi aūt erit status ⁊ ꝑfectus termin⁹ ꝯsiderationis physice. qcqd aūt est vltra formā illā ꝯsiderare ſʒ subaʒ nō vlterius ꝑtinet ad nālē p̄hʒ. forma āt vltima ſʒ ꝯsiderationē p̄hi vltra quā nō se extēdit p̄hs nālis. vt ait ꝯmentator 2° phy. est aīa humana. Possum⁹ igr̄ sic distiguere de formis. dicēdo quasdā eē oio māles cuiusmodi sunt forme educte de potētia māe: tā ſm subam q̄ʒ ſm dispōneʒ. Quedā vō sunt q̄si penitus imāles vt itelligentie que ſm p̄hm. 8° meta. sunt entes ꝑter oēm māʒ sensibilē ⁊ itelligibilē. Quedā aūt sunt forme medie: vt aīe humane q̄ sunt ꝑfectiōes corpoꝝ. hñt eni se h̄ aīe q̄si mō medio: q2 lʒ ſm subam non educant̄. de potētia māe: tñ ſm dispōnē de mā sunt educte. Incipit itaq3 ꝯsideratio p̄hi nālis a formis penitus mālibus ⁊ terminat̄ vsq3 ad aīaʒ humanā. q̄ est quodāmō mālis: ⁊ quodāmō imālis: ſʒ cū ꝑuentū est ad talē aīaʒ sistit p̄hs nec se extendit ad vlteriores formas: quia de formis abstractis: cuiusmodi sunt intelligentie: eo ꝙ non mote moueant: nō vlterius considerat p̄hs naturalis.

Hoc viso patere pōt quē ordinē habeat h̄ liber qui dr̄ de aīa quē habem⁹ ꝑ manib⁹ iter alios libros nāles. nā modus physicus ⁊ metaphysicus quodāmō videt̄ oppositus. eo ꝙ modus physicus ⁊ nālis q̄si hʒ statū in supremo ⁊ nō in ifimo. hʒ eni statū ſm abstractionē q̄ est supremus: ⁊ nō ſm cōcretionē q̄ ē infimus. nulla eni est ꝯsideratio adeo ꝯcreta: ⁊ adeo ꝯiūcta māe ⁊ transmutationi ⁊ motui q̄ ꝑ h̄. ⁊ ſm ꝙ h̄ subterfugiat modū physici: est tñ aliq̄ ꝯsideratio adeo abstracta ⁊ adeo suprema q̄ nō spectat ad nāleʒ. ⁊ ad quā physic⁹ nō se pōt extendere. scia vō metaphysica ⁊ diuina mō ꝯuerso se hʒ. naʒ nō hʒ terminū in abstracto ⁊ in supremo sic ꝙ sit aliq̄ cōsideratio adeo abstracta ⁊ excellēs q̄ trāscēdat ꝯsiderationeʒ metaphysicā ⁊ diuinā: q2 q̄to ꝯsideratio ē altior. tāto magis est metaphysicalis: eo ꝙ metaphysica ꝯsiderat causas altissimas: vt dr̄ 2° metaphysice: hʒ tñ modus metaphysicus statū in ifimo. q2 est aliq̄ ꝯsideratio adeo cōcreta ⁊ cōtracta q̄ non ꝑtinet ad metaphysicū: q̄ ē artifex cōis: lʒ ꝑtinere possit ad physicū q̄ est artifex sp̄alis. ¶ Aduertēduʒ tñ ꝙ cū dicim⁹ metaphysicū nō h̄re statuʒ in supremo: q2 nō pōt eē ꝯsideratio ita alta q̄ nō spectet ad ipʒ itelligēdo de ꝯsideratiōe h̄ita ꝑ humanā iuentionē. ¶ Utrū aūt sit aliq̄ ꝯsideratio ispirata trāscēdēs ꝯsiderationē metaphysicā nō ē ꝑntis speculatiōis. sic ēt cū dicim⁹ physicū nō habere statū in ifimo sic ꝙ sit aliq̄ ꝯsideratio adeo ꝯcreta q̄ ſm ꝙ h̄ subterfugiat cōsiderationem physicam: intelligēdū ē h̄ supposita abstractione: quaʒ reqrit q̄lʒ scia. nā si sic ꝯcretā ⁊ māleʒ cōsideratiōnē h̄re vellemus: vt ad ipsa idiuidua ⁊ singularia extēderem⁹ eā: pʒ ꝙ de talib⁹ nō cōsiderat physic⁹: eo ꝙ nulla scia circa idiuidua ⁊ nūero singularia est. q2 taliū: vt dr̄ 7° metaphysice. nō ē scia nec diffinitio: igit̄ h̄ mō sunt itelligenda q̄ diximꝰ: ꝙ cū tres sint modi essentiales p̄hie. physic⁹. s. metaphysicus ⁊ diuinus. diuinus ⁊ metaphysicus modus iter scias humanitus inuētas nō recognoscit supiorē artificē nec hʒ statū in supremo: ita ꝙ terminet̄ cōsideratio eius ad cōsiderationē artificis supioris. physicus vō q̄tuʒ ad modū abstractiōis iter partes eēntiales p̄hie nō recognoscit artificē iferiorē: vt ꝙ terminet̄ eius ꝯsideratio ad aliquā essentialē parteʒ p̄hie que sit magis cōcreta ⁊ minoris abstractiōis. incipit itaq3 modus physic⁹: vt pʒ ꝑ iā dcā: a formis ifimis: ⁊ oīno mālibus ⁊ terminat̄ vsq3 ad aīam humanā: q̄re si physic⁹ hʒ statū in supremo aīa humana ad quā terminat̄ cōsideratio physica ē dignissima ⁊ suprema inter ea q̄ cōsiderat physicus nālis. h̄ ḡ cōsiderās p̄hs volēs cōmendare hunc librū in quo determinat̄ de oī aīa ⁊ ꝑncipaliter de anima humana ait. in ꝑmis ponendā esse notitiā de anima: qđ intelligendū est q̄tum ad ordinē dignitatis. ordine eniʒ doctrine liber de anima non est ꝑmus inter libros nāles: sed tenet gradū sextū: ⁊ dicit̄ sextus de naturalibus: vt probauimus in nostris editionibus quas fecimus super physicis. ordine tamen dignitatis hic est primus: vt est per habita manifestum. his itaq3 visis breuiter ad expositioneʒ littere accedamus.

Cōmē‑ti p̄mi.



Onoꝝ honorabiliū notitiā opinā‑tes. Magis aūt alterā altera: aut ſm certitudinē: aut ex eo ꝙ me‑lioꝝ qdem ⁊ mirabilioꝝ eſt: pp vtraqꝫ hec aīe hiſtoriā rōnabiliter vtiqꝫ in primis ponemus.

¶ Iſte liber ſicꝰ alij libri phī diuidiť in duas ptes.ſ.in phe‑mialē ⁊ executiuā ps executiua icipit ibi. (Principiū aūt qōnis ⁊c.) In pte aūt phemij vt ɔmētator inuit intendit phs iducere hoīes ad amorē hꝰ ſcie.q̄ꝫtū āt ad pn̄s ſpectat q̄ttuor ſūt q̄ iclināt nos vt deſideremꝰ ⁊ amemꝰ aliq̄ ſcire. p̄m ē dignitas ⁊ honorabilitas ſcitoꝝ.naꝫ q̄ꝫto aliq̄ ſcibilia ſunt digniora ⁊ honorabiliora.tāto magis cupimꝰ illa ſci‑re.zm ē pfectꝰ ⁊ vtilitas ſcibiliū:qꝛ q̄ꝫto ſcibilia magl ſť pfi‑cua ⁊ ad plura vtilia:tāto magis volumꝰ illa cognoſcere. tertiū eſt ordo dicēdoꝝ:qꝛ q̄ꝫto aliq̄ ſunt magis ordinate tradita:tāto magis hanelamꝰ ad illoꝝ notitiā. q̄rtū ē dif‑ficultas eoꝝ q̄ traduntur in ſcia. Nā qꝛ iraſcibilis nr̄a ſemp vult in arduū tēdere eo ipſo ꝙ dicunť aliq̄ eē ardua ⁊ dif‑ficilia libēter vellemꝰ ea cognoſcere. ¶ Phs igiť vt nos iducat ad amorē hꝰ ſcie in h̄ phemio q̄ttuor inuit. p̊ dicit hāc ſciāꝫ eē dignā ⁊ honorabi ē.z°ait eā eē pficuā ⁊ vtilē. 3°tradit ordinē dōoꝝ.4°⁊ vlt°manifeſtat q̄ꝫta ſit difficul‑tas in dicēdis.zª ibi.(Ur aūt ⁊ ad vitatē.)3ª ibi.(Ingri‑mus aūt.)4ª ibi.(Oino aūt ⁊ penitꝰ.)Dic̄ g̊ ꝙ nos opinā‑tes notitiā alterā.i.ſciāꝫ aliquā eſſe magis bonoꝝ honora‑biliū.i. eſſe magis bonū honorabile altera.i.q̄ꝫ altera ſcia: aut ſm certitudinē:aut ex eo ꝙ qdē eſt melioꝝ ⁊ mirabi‑lioꝝ.i.qꝛ eſt de meliorībꝰ ⁊ mirabilioribus. Duo g̊ ſunt:q̄‑re vna ſcia magis ē de nūero bonoꝝ honorabiliū q̄ꝫ alia. vel pp certitudinē demr̄atiōis vel nobilitatē ⁊ dignitatē ſubiecti.ſubdit āt ꝙ pp vtraqꝫ hec rōnabil̄r vtiqꝫ hiſtoriā aīe ponemus in p̊mis. ¶ Notādū aūt ꝙ lꝫ oīs ſcia ſpecu‑latiua ſitō numero bonoꝝ honorabiliū:qꝛ ſapiētibꝰ ⁊ ſciē‑tibꝰ debeť honor:tn̄ qꝛ nō oēs ſapiētes nec oēs ſciētes ſūt eq̄liter honorādi.iō nō oēs ſcie ſunt eq̄l̄r honorabiles:ſed illa q̄ ē certior:⁊ ē de meliori ⁊ mirabiliori ſubō ē honora‑bilior alia:⁊ qꝛ ſcia ⁊ notitia tradita in lib°de aīa.iter ſcias ⁊ notitias traditas in alijs libris nālibus eſt certior: ⁊ eſt de nobiliori ſubō.iō pp vtraqꝫ h̄ notitia de aīa honorabi‑litate ⁊ dignitate excedit notitias alias traditas in reliqs nālibꝰ libris. ¶ Notādū ēt notitiā de aīa eē honorabilio‑rē ⁊ digniorē notitijs traditis in alijs libris nālibus:qꝛ ɔſi‑deratio nālis tāq̄ꝫ in aliq̊ excellēti ⁊ ſupmo ſiſtit in aīa hu‑mana de q̄ h̄ p̊ncipaliꝰ itendiť:⁊ nō ſe extēdit vltra illam. ¶ Rurſuꝫ hꝯ notitia ē quodāmō certior:qꝛ qlibꝫ certifi‑cať ⁊ expiť in ſeipſo ꝙ eſt ⁊ viuit ⁊ hꝫ aīam. ¶ Notandū ēt ꝙ vbi nos habemus hiſtoriā de aīa:trāſlatio ɔmēti hꝫ narrationē de aīa . dr̄ āt notitia de aīa h̄ tradita hiſtoria ⁊ narratio magis q̄ꝫ ſcia: qꝛ ſcire eſt p cām: vt dr̄ p̊ phyſi.⁊ p̊ poſte.notitia tn̄ hic tradita magis eſt a poſteriori: ⁊ p effe‑ctus q̄ꝫ a p̊ori:⁊ p cām.iueſtigat enim h̄ phs ſubām anime p potētias:⁊ potētias p actꝰ. attn̄ ordine cauſalitatis potē‑tie fluunt a ſubā ⁊ actus a potētijs. ¶ Deide cū dicit.

Cō.z. ¶ Videť ad veritatē oēm cognitio ipſius mul‑tum pficere.maxime autem ad naturā. eſt eni tanq̄ꝫ principium animalium.

¶ Oñdit hāc notitiā vtilē ⁊ pficuā vt iducat hoīes ad amo‑rem huius ſcie ex pfectu ⁊ vtilitate eius dicens.ꝙ hec co‑gnitio ipſius aīe videť multū pficere ad veritatē oīum: maxime aūt ad nām.i.ad veritatē traditāꝫ in nālibus.nā aīa eſt tanq̄ꝫ p̊ncipiū aīalium ⁊ rerū animatarūꝫ que ſunt quodāmodo nobiliſſima pars nālium rerū. ¶ Notandū aūt ꝙ lꝫ notitia de aīa ⁊ potentiarum eius faciat ad noti‑tiam oīum ſciarum ⁊ virtutum:eo ꝙ cetera talia habent eſſe in aīa vel in potentijs eius potiſſime tamē hꝯ notitia facit ⁊ ptinet ad ſciāꝫ nālem:eo ꝙ ſit pars eius ⁊ nobiliſſi‑ma pars vt ſuperius dicebatur. ¶ Deide cū dicit.

¶ Inquirimus āt ɔſiderare ⁊ cognoſcere nām ipſius ⁊ ſubām.poſtea quecunqꝫ accidunt cir‑ca ipſam.quoꝝ alie ppꝛie paſſiones videntur: alie autem cōmunes ⁊ animalibus ineſſe. Cō.3.

¶ Tradit ordinē pcedendi in hoc libro iducens homines ad amorē huius ſciētie ex ordine dicendoꝝ: ⁊ dicit ꝙ nos ingrimus.i.intendimus conſiderare ⁊ cognoſcere nām et ſubām ipſius anime:⁊ poſtea ɔſiderare itendimus quecū‑qꝫ accidentia accidunt circa ipſam: quoꝝ accidentiū: ſiue quarū pprietatū ⁊ paſſionū alie videnť eſſe ppꝛie paſſio‑nes ipſius anime:alie autēꝫ videnť eſſe cōmunes ⁊ ineſſe animalibus.i.ineſſe toti coniuncto ppter ipſam aīam vel ex eo ꝙ ipſa aīa animalibus ineſt. ¶ Notādū aūt ꝙ quā‑diu aīa eſt ɔiūcta corpori nullā hꝫ opationē quā nō cōmu‑nicet ei: ⁊ que nō ſit totius ɔiuncti:eo ꝙ nulla ſit operatio ipſiꝰ aīe que aliquo mō nō idigeat organo corporali:tn̄ qꝛ alique opationes aīe idigent hꝯ organis magis p accn̄s vt intelligere ⁊ ſpeculari:alique vero magis p ſe vt concupi‑ſcere vel iraſci.ideo dictum eſt: ꝙ alique paſſiones viden‑tur eſſe magis ppꝛie anime:alique v̊o videnť eē cōes ⁊ cō‑petere ipſis aīalibus vel eſſe totius coniuncti.



Omnino aūt ⁊ penitꝰ difficillimoꝝ eſt accipere aliquā fidē de ipſa. Quuꝫ.n. ſit qō cōis multis alijs:dico aūt eam q̄ eſt circa ſubſtātiam ⁊ eā que quid eſt. Fortaſſis alicui videbiť vna q̄daꝫ methodus eſſe de oibꝰ de qbꝰ volumus cognoſcere ſub‑ſtantiā ſicut ⁊ eoꝝ que ſunt ſm accn̄s pprioꝝ demonſtrationis:quare querendum erit vtiqꝫ methodum iſtam.

¶ Poſtq̄ꝫ philoſophus induxit nos ad amorē huius ſcie et ad addiſcēdum ipſāꝫ ex parte honorabilitatis ⁊ vtilitatis ciꝰ ⁊ ex pte ordinis dicēdoꝝ:hic vt dicebať:iducit ⁊ icitat nos ad habendū ſciāꝫ de aīa ⁊ ad iſudandū circa cognitio‑nē eius ex pte difficultatis reperte in hꝯ cognitione. Naꝫ difficilia libēter ſcire volumus.⁊ circa ea eſt feruētius in‑ſudandū.in oſtendendo autem difficultatē cōtingentē cir‑ca cognitionē ſubē aīe duo facit.qꝛ p̊mo oſtendit hꝯ diffi‑cultatē eſſe magnā ex parte modi cognoſcēdi. ſcōo ex pte rei cognite ibi.(Cū manifeſtū fuerit.) Circa p̊mū duo fac̄ ſm ꝙ duplicē difficultatē tāgit ex parte modi cognoſcen‑di ſubāꝫ aīe.pª ē.ſi hꝯ modus ſit cōis.ſcōa ſi ſit ppꝰ.zª ibi. (Si aūt nō eſt vna.)Dicit g̊.oīo aūt eſt penitus de nume‑ro difficillimoꝝ accipere aliquā fidem ⁊ aliquāꝫ ſciam de ipſa anima.cū.n.ſit queſtio cōmunis multis alijs rebus vt oibus.ſ.ſubſtātijs:dico aūt:vt eſt ea que eſt circa ſubām ⁊ ea que eſt qd eſt.i.circa qō qd ē.i.circa quiditatēꝫ fortaſſis alicui videbiť eſſe vna q̄daꝫ methodus.ſ.cōmunis oibus de qbus volumus cognoſcere ſubām:ſicut ⁊ eoꝝ pprioꝝ que ſunt ſm accidens.i.ſicut ⁊ pprioꝛum accidentiū dici‑mus eſſe vnā cōem methodum vt demonſtrationē vel ta‑lium eſt vna cōmunis methodus:vt demonſtratio:quare querendū vtiqꝫ erit iſtā methodū ſic cōem ppter qō diffi‑cultas erit in ſciēdo que ſit illa methodus ſic communis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si autē nō eſt vna quedaꝫ ⁊ cōis methodus de eo qō qd ē:amplius difficilius ē negociari

oportebit.n.accipe circa vnūqdq3 qs modus.

¶ Ostēdit difficultatē esse ex pte modi cognoscēdi subam aīe si hō modus nō sit cōis. Sʒ ppri⁹ dicens. si autē nō est vna qdā ⁊ cōis methodus sit amplius difficilius.i.est magis difficile negociori circa cognitionē qditatis.oportebit enī circa vnūqdq3.i.circa vnāquāq3 qditatē3 accipere. qs sit modus ꝓprius cognitiōis eius. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Cū āt manifestū fuerit: vtrū demſratio aliq̄ sit aut diuisio: aut aliq̄ methodus: adhuc multas hʒ dubitatiōes ⁊ errores: ex qb⁹ oʒ q̄rere: alia .n.alioꝝ pricipia: sic numeroꝝ ⁊ planoꝝ.

¶ Ostendit difficile esse cognoscere aīam ex pte rei scite.⁊ duo facit.q2 pmo oñdit h̄ eē difficile.2°.enumerat difficultates circa h̄ cōtingētes ibi.(Primū aūt fortassis.) Dicit ḡ q2 cū manifestuʒ fuerit q̄ sit illa via: ⁊ qs sit ille modus fm quē accipiēda est cognitio qditatis ⁊ sube rei: vt cū manifestū fuerit vtrū sit demſratio aliq̄: aut diuisio: aut ēt aliqua alia methodus vt ꝯpositio.scito.n.mō cognoscēdi adhuc mltas hʒ dubitatiōes ⁊ errores ex ipa re ⁊ ex pncipiis ipsi⁹ rei ex qb⁹oʒ q̄rere cognitionē qditatis ⁊ sube eius: q2 alioꝝ alia sūt pncipia: sic nūeroꝝ ⁊ planoꝝ.i.superficieꝝ sūt diuersa pncipia. ¶ Notādū aūt q2 de mō venādi ⁊ cognoscendi qditates ⁊ diffōnes rerū: vt narrat ꝯmētator ⁊ themistius fuit triplex opio.vna hyppocratis: alia platonis. tertia Arist.hyp.n.voluit venādā diffōnē eē ⁊ qditatē rei p demōstrationē.plato vō p diuisionē. Aris.vō p ꝯpōnē.cū igit̄ q̄libʒ harū opionū magnos habuerit defensores: difficultas ē qs sit modus accipiēdi qditatē. dato tñ hō modū eē cognitū adhuc ē difficultas ex pte rei: vt sciamus q̄ pncipia c⁹ rei faciāt qditatē: ⁊ p q̄s ptes: ⁊ p que pncipia accipienda sit cognitio sube rei: eo q2 alioꝝ alie sunt ptes ⁊ pncipia. ¶ Notādū ēt viā hyppocratis circa cognitionē diffinitiōis nō eē verā: q2 ipole ē demſrare ipm qō qd ē: vt ꝓbat̄ 2°.poste. via aūt platonis ē q̄si p accñs. nā diuisio per accñs facit ad ꝯstitutionē diffōnis: sʒ via Aris.ē p se.nā cōpositio, vt cōponere ꝓpriā dr̄iā3 ꝓprio generi p se facit ad cōstitutionē diffōnis rei. ¶ Deinde cum dicit.

Cō.6. ¶ Primū aūt fortassis necīū est diuidere i quo generū ⁊ qd sit. dico aūt vtrū sit aut q̄litas: aut quātitas: aut sit qōdā aliō diuisoꝝ pdicamētorū: adhuc aūt vtrū eoꝝ q̄ sūt i potētia: aut magꝫ endelechia qdā sit: vtrū.n.nō aliqd parū.

¶ Q2 dixerat difficltatē eē in cognoscēdo suba3 aliquā ex pte pncipioꝝ rei vl' ex ipsa re enumerat difficultates illas circa qō duo fac. q2 p enūerat hō difficultates. 2°.exequtur de vnaq3 illarū ibi.(Nūc qdā.n.dicētes) Ad euidentiā aūt pme ptis sciēdū q2 fm q2 aliqd diuersimode hʒ rōnes toti⁹ ⁊ fm q2 hʒ diuersos modos ptis sic diuersimode venari possum⁹ cognitionē sube eius.aīa aūt q̄tū ad pñs spectat tripl'r ē qōdā totū.pmo ē qōdā totū diffinibile. q2 ois diffō est fmo hñs ptes: vt dr̄ 7°.meta. pp qō in diffōne aīe ponēde sunt plures ptes diffinitiue ⁊ aīa erit qōdā totum diffinibile.2°.aīa ē qōdā totū pōle: q2 hʒ plures ⁊ diuersas pōnes.3°.est qōdā totuʒ vl'e: q2 hʒ sub se plures ptes subiectiuas.tria ḡ facit.q2 pmo inuit difficultatē esse in cognoscendo subam aīe: put ipsa est qōda3 totū diffinibile. scōo inuit hoc idē put est qōdam totū possibile.3°. put est qōdā totū vl'e.scōa ibi.(Cōsiderāduʒ āt ⁊ si ptibilis.)tertia ibi. (Et vtrū sit silis spēi.) Suppleatur ḡ sic littera: q2 accidit difficultas circa diffōnē aīe vel circa ipsa3 aīam: vt est qōdam totū diffinibile.primū aūt q̄tū ad gen⁹: q2 fortassis si volumus cognoscere qditatē ⁊ diffinitionē aīe necīum est diuidere.i.diuisim ꝯsiderare in quo generū sit aīa ⁊ qd sit. dico aūt vtrū sit hoc aliqd: aut suba: aut q̄litas: aut q̄titas aut ēt qōda3 aliud diuersoꝝ vel vt hʒ alia littera diuersorū.i.alioꝝ pdicatorum. adhuc aūt vt aīa est quid diffinibile non solū accidit difficultas rōne generis: vt in quo genere sit: sʒ etiā rōne dr̄ie: q̄re opʒ videre que differentia ei cōpetat ⁊ vtrū sit eoꝝ que in potētia aut magis sit qda3 endelichia.i.qdam actus ⁊ perfectio.differt enī hoc nō parū imo multū: eo q2 actus ⁊ potētia sunt differentie valde opposite: vt ꝯmētator ait. ¶ Notandum aūt q2 ait fortassis necīum esse scire in quo genere sit aīa ⁊ adhuc que differētia ei competat.na3 duo sunt modi diffiniendi. vnus est p genus ⁊ differentias: ⁊ hic competit subiis compositis ex mā ⁊ forma.alius est modus per additamēta vt per additionē ꝓprii subiecti vel ꝓprie māe ⁊ h̄ competit accidentibus: ⁊ etiā formis subalibus que sunt pfectio māe. vnde ⁊ hoc modo diffinitur anima.diffō enī eius nō ꝓprie est p genus ⁊ dr̄iam: sed magis est per additamētuʒ ꝓprie materie vel ꝓprii susceptibilis.diffinit̄.n.per hoc q2 est actus corporis.scire itaq3 ī quo genere sit aīa: vt q2 sit in gñe substantie: aliquid facit ad notitiā eius diffōnis: q2 per hoc scitur q̄lis actus sit: vt q2 est actus pmus ⁊ substātialis: tamē q2 diffō aīe non est simpl'r accipienda p genus ⁊ dr̄iam: sʒ per ꝓprium susceptiuū: nō dixit philosophus simpl'r ⁊ absolute q2 necessariū est diuidere in quo genere sit anima sed quasi sub dubio loquens ait. q2 fortassis necessariū est diuidere predicamenta vt sciamus in quo generū sit aīa. ¶ Notandū etiā q2 actus ⁊ potentia sunt differentie que cōtingunt omnibus predicamētis: vt ꝯmentator ait.imo actus ⁊ potentia sunt tales differentie que habent rōne3 pncipii respectu predicamēti: cui⁹ sunt differentie. cū igit̄ aīa sit pncipiū aīalium: ⁊ sit in genere substātie tanq3 principium: si volumus venari diffōne3 ⁊ quiditatē eius: postq̄ sciuerimus eam esse in genere substantie: inuestigandu3 est que harū differentiarū ei competat: an actus aut potētia: vt vtrū sit in genere substātie tanq3 pncipiū qō est act⁹ vel tanq3 pncipium qō est potentia. ¶ Notādū etiā q2 ps illa in qua narratur difficultas circa cognitionē substātie aīe inquātu3 ipsa est qd diffinibile: posset diuidi in partes duas: q2 pmo narratur difficultas que consurgit ex parte generis. scōo que cōsurgit ex parte differētie ibi. (Adhuc autē3 vtrū.) sed dūmodo bene habeat̄ mens phi de multiplicatiōe partiū nō est multū curādū. ¶ Deide cū dicit.

¶ Considerandum autem ⁊ si partibilis sit: aut impartibilis. Cō.7.

¶ Narrata difficultate q̄ ꝯsurgit in cognoscendo aīam inq̄tum est qōda3 totū diffinibile: narrat difficultatē circa eius cognitionē inq̄tū est totū qōdam possibile dicens. q2 cōsiderandum est circa aīam si sit partibilis aut impartibilis fm substātiā ⁊ subm aut fm virtutes ⁊ potētiones vt q2 sit totū qōdam possibile. sic enī supplet hanc litteram ꝯmē. ¶ Notandum aūt q2 circa partibilitatē ⁊ diuisionē anime: vt ꝯmen.ait.fuerunt due opiones vna platonis q posuit aīam diuisibilē esse fm subm ita q2 intellectualis esset in cerebro: concupiscibilis in corde: nālis ⁊ nutritiua in epate Aris.vero credidit aīam esse vnā fm suba3 ⁊ eē ntiam: esse autē partibilem ⁊ diuisibile3 fm potētiones: ita q2 habet diuersas partes nō essentiales: sed potentiales. Difficultas est igitur circa cognitionē anime put ē impartibilis fm substātiā ⁊ partibilis fʒ potētiones vel put est quoddam totū pōle. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et vtrū sit similis spēi ois aīa aut nō: si aūt nō sit silis spēi: vtrū spē differāt aut genere.

¶ Tangit difficultatē circa aīam put est quoddam totu3 vl'e dicēs: q2 etiā inuestigādū est vtrū ois aīa sit similis spēi aut nō, si aūt nō est silis spēi. querēdū est vtrum anime tm̄

hec aliqd et natur

differunt spē aut etiā differant genere. difficultas est ḡ circa aiam qlem vlitate; habeat vtrū sit totū vle: sicut spēs vel sicut genus vel etiā sic analogū: ita ꝙ aīe nō solū differant spē: ſ3 etiā genere. ℂ Notādū has duas difficultates de aīa ordinari ad difficultatē pmā3. nā difficultas de aīa put est qdā totū possibile ordinat̄ ad difficultatē illā p̄ut est qdā totū diffinibile. nam p pōnes aīe ꝛ ꝓprietates eius inuestigari poterit qd dicas. ꝛ nā ipsius ꝛ difficultas ista put aīa est qdā totū vle ordinat̄ ad difficultatē illā put est qdā totū diffinibile: q2 ſ3 ꝙ aliqd est maioris vl' mioris vlitatis: sic h3 alr̄ ꝛ alr̄ diffiniri. Nō ḡ supuacuū est ingrere circa aiam oēs has difficultates: q2 per oīa ista iuestigari h3 qditas: ꝛ nā eius. ℂ Notandu3 ēt ꝙ difficultas circa aiam put ipsa est qdā3 totū diffinibile maxime augef̄ ex eo ꝙ diffō dāda de aīa d3 eē nālis ꝛ ꝓpria: q2 valde est difficile aliquid nāliter ꝛ ꝓprie diffiniri.

Nunc qdē.n. dicētes ꝛ querētes de aīa de humana solum videnf̄ intendere.

ℂ Enumeratis pdictis tribus difficultatibus circa aīa3: in pte ista: vt dicebat̄: exegtur de difficultatib⁹ illis: pp qd̄ tria facit. q2 pmo exegtur de difficultate circa aīam put est qdā3 totū vle. 2° de difficultate circa ipsam put est qdā3 totū pōle. 3° exegtur de difficultate circa diffōnes nāles ex qua executione apparebit q̄ta difficultas sit circa aiam put ipsa est qdam totū diffinibile. vltimo aūt exegtur de difficultate circa diffōnes. q2 vt supius dicebat̄ oēs difficultates aīe ad illā sunt ordinande. scda ps incipit ibi. (Amplius aūt si non multe.) 3ª ibi. (Et ꝓpter h igit̄ ia3 pb̄i.) ℂ Circa pmu3 duo facit. ſ3 ꝙ dupl'r ostendit difficile esse bn̄ determinare de vtilitate eius. pmo.n. ostēdit h ex locutionib⁹ antiquoꝝ. 2° ex diffinitiōe accipiēda circa ipsa3 aiam ibi. (Formidādū autē q̄tenus.) Dic̄ ḡ ꝙ nūc qdem.n. antiqui dicentes ꝛ querentes de aīa solū vident itendere de aīa humana. tūc ḡ supplendus est textus: ꝙ cu3 antiqui solū de illa visi sint loq difficile est scire: qle vle sit aīa vtrū sit tale vle qle est aīa hūana ꝛ qle ē spēs vel sit tale vniuersale quale est genus.

ℂ Deinde cum dicit.

Cō.8. **ℂ Formidādū aūt q̄tenus nō lateat: vtrum vna rō ipsius est sicut animal: aut ſ3 vnūquodq3 altera: vt equi: canis: hois: deiq3. Animal aute3 vniuersale: aut nihil est: aut posteri⁹ est. silr̄ aūt ꝛ si aliquod cōmune aliud predicetur.**

ℂ Tangit scdam difficultatē circa vlitatē aīe q̄ orit̄ ex diffinitiōe dāda de ipsa dicēs: ꝙ formidādū qle vle ponat̄ eē aīa: q̄tenus nō lateat vtꝝ sit vna rō ipsius: sic aīalis. i. sicut generis: aut ſm vnūqdq3. i. ſm vnāquāq3 spēm aīe est altera diffinitio vt est alia diffō equi canis hois ꝛ dei. i. corporis supcelestis: ꝛ tūc supplendū ē: ꝙ nō est q̄rēda vna cōis rō oīs aīe tanq3 generis: vel si talis diffō querit̄ nō est ibi sistēdū: ſ3 vlterius iuestigāda est diffinitio diuersaru3 aīaru3 ſm spēm: q2 vle qd̄ est al'. i. vle qd̄ est genus: aut nihil ē aut est posterius ipsis partibilibus vel est posteri⁹ q̄ sint ipse res diffinibiles: ꝛ qd̄ dcm̄ est de aīali silr̄ itelligendu3 est si qd aliud pdicef̄ qd̄ sit cōe sicut al' vel sic gen⁹. ℂ Notandū aūt ꝙ differt vle qd̄ est genus ab vli qd̄ est spēs. nā spēs de se ēst forma vna. si aūt nō est vna h est p accñs in q̄tum recipit̄ in diuersis materiebus. S3 genus ēt per se nō dic̄ formā: ꝛ nā3 vnā: ꝓpter qd̄. 7. phy. ꝓbat̄. ꝙ nō ē va vniuocatio nisi in spē specialissima: ꝛ q2 ea q̄ vergūt ad equiuocationē ꝛ nō dicūt vnā nām ꝛ vnā formā nō sunt ꝓprie diffinibilia: nō est ꝓprie aliud diffinibile nisi spēs: q̄re nō ē querenda diffō aīe tāq3 generis vel tāq3 diffō aīalis vel si talis diffinitio q̄rit̄ nō est ibi sistendū. ſ3 q̄rēda est nā ꝛ qditas aīe ſm spēm ꝛ maxime nā ꝛ qditas aīe humane: de qua h pncipalius itēdit̄: ꝛ pp quā tota notitia tradita in h libro dr̄ esse magis honorabilis q̄ aliq alia notitia tradita in alijs libris nālibus. ℂ Notandū ēt ꝙ cū de gn̄e formamus vnū aliquē ꝯceptū illi vni ꝯceptui non rñdet ypostasis vna vel fundamentū vnū ex pte rei: inde est ꝙ themistius ait. ꝙ generis qdē cōcept⁹ sine ypostasi summati collectus est ex tenui singulariū silitudie. ꝛ subdit ꝙ aut oīo nihil est genus aut est multo posterius singularib⁹. addit aūt ꝙ spēs nā qda3 ꝛ forma vult esse: itaq3 si cōsideramus genus rōne fundamenti realis vel rōne ypostasis: quodāmō nihil est. Si vo rōne ꝯcept⁹: cū cōcept⁹ nostri posteriores sint reb⁹: genus ſm hoc ē posteri⁹ ipsis diffinitiōib⁹: eo ꝙ res sint diffinibiles: vel ē posteri⁹ ipsis pticularib⁹: q2 cōceptiōes nostre itelligibiles psupponūt cognitiōe3 sensitiuā acceptā a pticularib⁹ rebus: q̄re si possum⁹ hr̄e diffōne3 alic⁹ ſm spēm nō ē sistēdū in diffōne gn̄is: q2 genus nec ꝓprie est diffinibile p ꝓpōnē ad fundamētū vel ypostasim: q2 sic quodāmō nihil est: q2 nō dicit vnū fundamentū nec vnā formā vel vnā nām: nec ē ēt ꝓpe diffinibile ſm cōceptū: q2 sic ē posterius reb⁹ diffinibilibus: vel etiā ipsis particularib⁹: imo cū diffōnes sint de rebus ꝯceptis ꝛ ꝯsideratis ab itellectu: ꝛ nō de ipsis ꝯceptibus vel de ipsis ꝯsiderationib⁹: si diffiniēdū est al' vel aliqd̄ aliud genus: diffiniēda ē ipsa res: nō ipe ꝯcept⁹ aīalis: ꝛ q2 al' nō ꝓpe dic̄ rē vnā nec formā vnā: iō gen⁹ n̄ ꝓpe h3 diffōnē: q̄re si pt hr̄i diffō aīe ſ3 spēs nō ē sistēdū i diffōne ei⁹ ſ3 gen⁹. pp qd̄ poti⁹ q̄rēda ē rō aīe ſm ꝙ ē rō hois: aut eq aut alteri⁹ spēi: q̄ q̄rēda sit rō ei⁹ ſ3 ꝙ ē rō aīalis aut gn̄is: ſ3 aūt hūc modū exponēdi vr̄ themisti⁹ itellexisse hūc textū dicēs: gen⁹ ſm ypostasi3 eē nihil: ſ3 vo ꝯceptionē itell'r eē m'lto posteri⁹ singularib⁹ ꝛ reb⁹ diffinibilib⁹: q̄re vle qd̄ ē gen⁹ nō ē ꝓpe diffinibile. ℂ Ampli⁹ aūt notādū ē cōmētatorē al'r exposuisse hūc textū. refert.n. qd̄ dr̄ ad opiōnē plato. ℂ Ad c⁹ euidētiā sciēdū ꝙ vle ē triplex: qdā ē i reb⁹: qdā i aīa: qdā separatū. vle qd̄ ē in reb⁹ ē ipsa res ꝛ ipsa nā rerū ꝯsiderata p̄ter ꝯditōes māe: vle vo qd̄ ē in intellectu ē ipse ꝯcept⁹ vl' ipsa spēs itelligibilis q̄ ē silitudo pluriū. vle vo sepatū sūt ipse ydee: q̄s posuit plato eē qditates rerū p se subsistētes. vle ḡ qd̄ ē genus si ꝯsideref̄ vt ē in re sic nō h3 vnitatē: q2 gen⁹ ꝓprie nō dicit formā vnā nec rē vnā: ſ3 si ꝯsideretur ſm ꝯceptionē itell's sic vnū aliqd dicere pōt: q2 de vno genere formari pōt vn⁹ ꝯceptus collectus ex modica singulariū silitudine: itaq3 q̄to genus est vlius tāto silitudo illa ex q̄ coll'r est debilior. ℂ Rursus si genus hr̄et eē sepatū: ꝛ eēt ordo ydeaꝝ ſ3 ordinē abstractoꝝ: gen⁹ etiā sic acceptū vnitatē hr̄e poss3: vt si ponerem⁹ vnū aīal sepatū qd̄ eēt qditas oiu3 aīaliu3: q̄re cū diffō vnitatē hr̄e debeat: o3 eē vnū aliqd qd̄ diffinit̄. gen⁹ ḡ vel diffinief̄ vt ē aliqd separatū: vel vt ēst ꝯcept⁹ itell's. vt ē aūt aliqd in re diffōnē nō hēbit: q2 sic nō ē vnū aliqd. cū ḡ vle vt ē aliqd separatū nihil sit: q2 ydee mōstra sunt. vt ē aūt ꝯceptio itell's sit posterius ipsis singularib⁹ ꝛ reb⁹ diffinibilib⁹: genus ꝓpe diffiniri nō pōt. gen⁹ itaq3 vt h3 vnitatē vel nihil est q̄tū ad opiōnē platonis: vel posteri⁹ est ſm ꝙ ē ꝯceptio itell's. pp qd̄ eligibili⁹ est q̄rere diffōnē alic⁹ ſm spēm q̄ ſm genus. ℂ Ampli⁹ aūt notādū ē expōnē themistij: vt vr̄: magis eē ad ꝓpositū q̄ expōnem cōmen. nā vle vt h3 esse ydeale ꝛ sepatū vel vt ē ꝯcept⁹ itell's nō pdicat̄ de pticularibus: ſ3 vt ē res qdā phs aute3 ait al' vle: ꝛ silr̄ qdcūq3 aliud sit qd̄ vlr̄ pdicef̄ aut nihil ē aut posterius ē: q̄re meli⁹ vr̄ ꝙ dicat̄ vle qd̄ ē gen⁹ nihil eē q̄tū ad vnitate ypostasis vl' posteri⁹ eē q̄tū ad ꝯceptiōe3 itell's q̄ dicat̄ ꝙ ip3 vel nihil eē q̄tū ad eē ydeale vl' posteri⁹ ē q̄tū ad ꝯceptione3 itell's. potest tamen expositio cōmenti trahi ad bonū itellectū: q2 vle qd̄ ē ydea l3 ſm rei veritatē de re essentialiter predicari non

possit: q2 nihil qd non ē in re de ipsa eētialiter p̄dicaẗ tñ ꝑm opionē platonis oportebat ydeas eētialr̄ p̄dicari de pticularibus cū ipse assereret eas eē pticulariū qditates. ⁊ h̄ sufficit si volum⁹ expōnē text⁹ referre ad opionē platonis. q2 ꝑm opionē ei⁹ vl'ia sepata de pticularib⁹ p̄dicaẗ. ¶ Ampli⁹ ēt ē notādū q̄ cū difficili⁹ sit q̄rere diffōnē aīe ꝑm spēm q̄ q̄rere diffōnē ei⁹ in cōi: q̄litercunq3 exponaẗ dict⁹ text⁹ semp appet difficultatē eē circa aīa3 vt ē qddā totū vl'e qūo quereda sit eius diffō. ¶ Deide cū dicit.

Cō.9. ¶ Amplius aūt ⁊ si nō multe anime sed partes: vtrū o3 prius q̄rere totā animā: aut ptes. Difficile autē ⁊ harū determinare q̄ nā apte nate sint altere abinuicem esse.

¶ Postq̄ inuestigauit difficultates circa aīa3 vt ē qddā totū vl'e: inuestigat difficultates circa ipam vt ē qddā totū pōle. ⁊ q2 sic potētie fluūt ab eētia aīe sic a potētijs fluūt opōnes: ⁊ in eis hn̄t eē aīe passiōes. iō duo fac. q2 p̄ ingrit difficultates circa pōs aīe. 2° ingrit difficultates circa potentias ⁊ opōnes ei⁹ ibi. (Dubitationē aūt hn̄t) Circa p̄m duo fac. q2 p̄ facit qd dcm̄ ē. 2° ōndit q̄ inuestigare hō difficultates circa passiōes ⁊ p̄ptates aīe dseruit ad cognitiōz nāe ⁊ qditatis ei⁹ ibi (Videẗ aūt nō solū) Propter p̄mū sciē̄ q̄ potētie ad tria ꝯpari pn̄t. videl3 ad nā3: ad act⁹: ⁊ obiecta q̄ tēdūt mediātib⁹ actib⁹. p̄ g̊ ōndit q̄ ordine3 hn̄t potētie respectu nāe. 2° qūo ꝯparāẗ ad opōnes vl'ad act⁹. 3° dclarat qūo potētie ꝯparanẗ ad oba mediātib⁹ actib⁹. 2ª ibi (Et vtrū ptes) 3ª ibi (Si aūt opa) Dic̄ g̊. amp. si nō sūt multe aīe in vno corpe ꝑm suba3: s3 ptes ei⁹ pōles sunt pl'es oriẗ difficultas qdā vtrū o3 q̄rere p̄us totā aīa3 aut ptes pōles ei⁹. difficile ē aūt dtermiare ⁊ hab pōrū. i. ⁊ de nūero hab potētiab q̄les apte nate sūt eē altere adiuicē. i. quā dr̄ia3 hn̄t adiuicē: ⁊ vtrū p̄us q̄rēdū sit de eis q̄ de suba aīe vel ecōuerso. ¶ Nōn̄m aūt q̄ ꝑm ꝯmētatorē de aliqb⁹ potētijs aīe facile ē videre q̄ dr̄nt. statim. n. appet q̄ itellectiuū dr̄t ab appetitiuo. in aliqb⁹ aūt latet vt nō ē oib⁹ māifestū qūo imagiatio dr̄t ab itellectu. crediderūt. n. multi itell'm eē imaginatōē ⁊ fantasiā eo q̄ itelligere absq3 fantasia esse nō possit. ¶ Deinde cum dicit.

Cō.10. ¶ Et vtrum op3 q̄rere prius partes: aut opera ipsab: vt itelligere: aut intellectiuū: sentire: aut sensitiuum: simil'r aūt ⁊ in alijs.

¶ Ingrit qūo ꝯparanẗ potētie ad act⁹. suppleaẗ āt sic l'ra. dato q̄ oporteat ingrere p̄us potētias vl' ptes potētiales aīe q̄ suba3: erit qō vtrū o3 p̄us q̄rere ptes potētiales aut opa. i. act⁹ ipsab potētiab: vt vtb o3 p̄us q̄rere ipm itelligere. aut itellectiuū. i. itell'iuā potētiā: ⁊ sentire aut sensitiuum. i. sensitiuā potentiam. Simil'r autem ⁊ in alijs: vt vtrum oportet p̄us querere ipsum appetere q̄ ipm appetitiuum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si aūt opera prius iterū vtiq3 dubitabit aliquis: si obiecta hoꝝ prius querēdū: sic sensibile sensitiuo: ⁊ intelligibile intellectiuo.

¶ Ondit qūo ingrendū sit de potētijs vt ꝯparanẗ ad oba mediātib⁹ actib⁹ dicēs. si aūt opa supple op3 p̄us querere q̄tū ad pōs. iteb vtiq3 dubitabit aliqs si p̄us q̄rēdū ē oba hoꝝ opeꝝ siue hab potētiab: sic si p̄us q̄rēdū ē obm sensibile ipso actu sensitiuo. i. q̄ ipm sentire ⁊ intelligibile ipso intellectiuo. i. q̄ ipm itelligere. ¶ Deinde cum dicit.

Cō.11. ¶ Videẗ āt nō solū qd qd ē cognoscere vtile eē ad cognoscēdū cās accn̄tiū in substātijs: sic in mathematicis qd rectū: ⁊ qd obliquū: ⁊ qd linea: ⁊ qd planū ad cognoscēdū q̄ rectis triāguli anguli sūt eq̄les s3 ēt ecōuerso. Accn̄tia. n. ꝯferunt magnā ptē ad cognoscēdū qd qd est.

¶ Ostendit q̄ inuestigare talia de aīa facit ad cognoscēdā suba3 ⁊ qditatē ei⁹. circa qd tria fac. q2 p̄ facit qd dcm̄ ē. 2° assignat cās dicti. 3° ex his q̄ dixerat ꝯcludit q̄liter accipiēde sunt qditates ⁊ diffōnes rerū. 2ª ibi (Cū eni habem⁹) 3ª ibi (Quare ꝑm quascūq3) Dic̄ g̊ q̄ nō solu3 cognoscere qd qd est videẗ esse vtile ad cognoscēdū cās accn̄tiū inherentiu3 substātijs. i. subis sic in mathematicis cognoscere qd rectū ⁊ qd obliquū ⁊ qd linea. ⁊ qd planu3. i. supficies vtile ē ad cognoscēdū hāc passionē. videl3 q̄ rectis angulis sunt eq̄les anguli triāguli: s3 ecōuerso accn̄tia ꝯferunt magnā ptē ad cognoscēdū qd qd ē: ⁊ tūc est supplēda l'ra: qd nō ē supuacuū inuestigare de p̄prietatib⁹ ⁊ potētijs aīe. q2 p hoc habem⁹ magnā viā ad cognoscendū qditatem ⁊ subam eius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cū eni habeam⁹ tradere ꝑm fantasiā de accidentib⁹: aut oib⁹: aut plurib⁹: tūc ⁊ de suba habebim⁹ dicere aliqd optime: ois. n. demōstrationis principiu3 est qd quid est.

¶ Assignat causa3 dicti dicēs: quomō qd quid est facit ad cognitionem accidentium dicens: q̄ cum habeamus ꝑm fantasiam. i. ꝑm imaginationem ⁊ estimatione3 nostram tradere cognitionem de accidentib⁹ oībus aut pluribus: tunc ⁊ de suba habebimus optime. i. p̄cipue ⁊ specialiter vt habet alia littera aliqd dicere. nam ois demōstratiōis p̄ncipium est qd quid est. ratio autem quare qd quid est subi facit ad cognitione3 accidentiu3 est. q2 quiditas subi est p̄ncipiū oīum passionu3 existentiū in ipso qd quid est. ergo facit ad cognitionē accidentiū. sicut cā ad cognitiōe3 effectus: ⁊ accidētia faciūt ad cognitione3 qditatis: sicut effectus ad cognitionē cāe. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Quare ꝑm q̄scūq3 diffōnes nō cōtingitt accidentia cognoscere: s3 neq3 de ipsis imagiari facile manifestū ē q̄ dialectice sint ⁊ vane oēs.

¶ Concludit ex dictis q̄les debeant esse diffinitiones dāde de rebus. q2 debent esse tales: vt per eas aliquid cōiecturari possimus de accidentibus ⁊ p̄prietatibus ipsab rerū: aliter diffinitiones ille essent iproprie ⁊ vane. ideo dicit q̄ ꝑm quascunq3 diffinitiones nō cōtingit accidentia cognoscere: sed neq3 ꝑm tales diffinitiōes facile est aliquid imaginari de ipsis accidentibus: manifestum est q̄ huiusmodi dicte diffinitiōes sunt dialectice. idest improprie ⁊ extranee ⁊ vane omnes.



Dubitationē aūt habent ⁊ passiōes aīe vtru3 cōes sint oēs ⁊ hn̄tis an sit aliq̄ aīe p̄pria ipsius: hoc. n. accipe qdem necessariū est: nō aūt leue. Cō.12.

¶ Ostenso que difficultates inquirende sunt circa potentias anime vel circa animam vt est quodda3 totum pōle: hic mouet quasda3 difficultates circa passiones ⁊ motus anime ⁊ circa operationes eius. est eni3 inquirendū circa hoc vtrū aliqua talia sint p̄pria ipsi anime vel omnia talia cōmunicenẗ corpori. ⁊ sint ipsius coniuncti. tria ergo facit. quia p̄mo mouet huiusmodi dubitationem. secundo ait q̄ in aliquibus operatiōibus ⁊ motibus anime facile est videre qd queritur. tertio soluit questione3 tactā. ostendens nullas operationes ⁊ passiones anime esse ei proprias: sed oīa talia aliquo mō cōicanẗ corpori. scda ibi (Videẗ aūt plurimoꝝ) 3ª ibi (Maxime aūt) Dicit ergo q̄ dubitationē aūt hn̄t passiōes aīe. i. mot⁹ ⁊ opatiōes ei⁹ vtb oēs sint cōes ⁊ hn̄t. i. vtb oēs cōicenẗ corpi hn̄ti aīa3 an sit aliq̄ passio p̄pa vel opatio p̄pa ipsi⁹ aīe. h̄ qdē. n. ac-

cipe ꝛ ꝯsiderare ẽ neciũ: nõ tñ ẽ leue. ¶ Deide cũ dic.

¶ Videt autẽ plurimoꝝ quidem nullum sine corpore pati neqꝫ facere vt irasci: cõsidere: desiderare. ꝛ omnino sentire.

¶ Quia dixerat nõ eẽ leue vel facile ꝯsiderare vtꝝ passiones sint ꝓpe aie cũ vel cõicent corpi: ne aliqs crederet ꝙ de oĩbus hᷓ videre eẽt difficile ait ꝙ vr aũt plimoꝝ motuum aie vel plimaꝝ passionũ ꝛ operũ ei⁹ nullũ qdẽ tale pati aiaꝫ neqꝫ facere sine corpe vt irasci ꝯsidere desiderare ꝛ oĩo sentire. qꝛ cũ talia sint organica manifestũ est ea cõicari corpori ꝛ esse totius cõiuncti. ¶ Deinde cũ dic.

¶ Maxime autẽ assimilatur ꝓprio intelligere. Si autem ꝛ hoc phantasia qdaꝫ: aut non sine phãtasia sic cõtigit vtiqꝫ nec hoc sine corpe eẽ.

¶ Soluit qõnem pdictã. ¶ Ad cui⁹ euidẽtiã sciẽdũ ꝙ circa aiam qꝫtũ ad pñs spectat ẽ tria ꝯsiderare. videlꝫ nãm aie: opõnes ei⁹: ꝛ nãm corpis cui est ꝯiũcta. in ostẽdẽdo g̃ ñ esse aliqs passiões nec aliqs opões ꝓpas ipsi aie tria facit. qꝛ p̃ ostẽdit hᷓ ex pte ipsaꝝ opõnũ. 2° ex pte nãe aie. 3° ex pte nãe corporis. 2ᵃ ibi (Sigdẽ g̃) 3ᵃ ibi (Videt aũt aie) In pma pte itendit talẽ rõnẽ si aliq̃ eẽt aie opatio ꝓpa q̃ cõicaret corpori eẽt itelligere. sꝫ ꝛ hec nõ ẽ ꝓpria: sed aliq̃ mõ corpori cõicat. g̃ ꝛc. hoc est g̃ qd ait ꝙ itelligere maxie assimilat ꝓpo. i. maxie vr esse ꝓpriũ aie: vt hꝫ alia lrã. si ãt ꝛ hoc. i. itelligere ẽ fantasia qdã: aut nõ ẽ sine fantasia: manifestũ ẽ ꝙ nõ ꝯtiget vtiqꝫ nꝫ hᷓ. i. neqꝫ itelligere eẽ ꝓpriũ aie ꝛ esse sine corpe. i. nõ cõicari corpori. ¶ Notãdũ aũt ꝙ de itellectu fuerũt diuerse opiones. qdã. n. dixerũt itellectũ esse sensũ ꝛ eẽ vtutẽ organicã: fm q̃s itell's erat ipsa fantasia: q̃ se tꝫ ex pte sensitiua. alia aũt fuit opio Arꝫ. ꝛ vã ꝙ itelligere nõ ẽ fantasia tñ nõ ẽ sine fantasia. ꝛ quia nũqꝫ itelligim⁹ gn laboret ibi fantasia nũqꝫ itelligim⁹ gn laboret ibi corp⁹. g̃ ꝛ ipꝫ itelligere: qd maxie videt eẽ propriũ anime nõ est sic ꝓpriũ ei gn aliquo modo cõmunicetur corpori. ¶ Deinde cum dicit.

Cõ. 13. ¶ Si quid igitur anime operũ aut passionum proprium continget vtiqꝫ ipsaꝫ separi. si vero nullum est proprium non vtiqꝫ erit sepabilis: sed sicut recto inq̃tum rectuꝫ multa accidunt vt tãgere eneã sperã scdꝫ pũctuꝫ: non tñ tãgit ab hoc sepatum rectuꝫ. Inseparabile enĩ siqdem est: cum semper quodam cũ corpore sit.

¶ Ostẽdit nõ eẽ aliquã ꝓpriã passionẽ vel opationẽ aie ex pte ipsi⁹ aie. dicẽs ꝙ sigdẽ igit aliqd opationũ aut passionuꝫ est ꝓpriũ ipsi aie ꝯtiget vtiqꝫ ipaꝫ passionẽ vel opõnẽ separi. i. separatiꝫ cõpetere aie absqꝫ eo ꝙ cõicet corpori. si võ nullũ tale est ꝓpriũ ipsi⁹ aie nõ erit vtiqꝫ alia passio vel opatio sepabil'. i. sepatiꝫ ꝯueniẽs aie absqꝫ eo ꝙ cõicetur corpi: ꝙ aũt nulla sit opõ vel passio sic ꝓpa ꝛ sic sepatim ꝯueniẽs aie declarat p sile dicẽs: ꝙ sic recto inq̃tuꝫ ẽ rectũ multa accidũt: vt tãgere eneã sperã fꝫ pũctũ: nõ tñ rectũ tangit sepatũ ab hᷓ. i. a mã vl' a corpe in quo existit. insepabile. n. sigdeꝫ est ipm rectũ ꝛ semp ẽ cũ quodã corpore: tũc g̃ supplẽda est lrã ꝙ sic recto inq̃tũ rectũ ꝯpetit talis tact⁹: attñ ex quo rectũ ẽ in corpe oꝫ tactũ illũ cõicari corpi. sic illud qd vr ꝯpetere aie fm ꝙ hꝫ. tñ qꝛ aia ẽ cõiuncta corpi: ꝛ est act⁹ corpis: oꝫ opõnẽ vel passionẽ illam cõicari corpori. ¶ Notãdũ aũt ẽ ꝙ fm phm. 2° h⁹ nõ solũ sanamur sanitate: sꝫ ẽt corpe: nec solũ scim⁹ scia. sꝫ ẽt ꝛ aia: q̃tũcũqꝫ. n. scire sit a scia ꝛ act⁹ sanatiõis sit a sanitate. attñ qꝛ sanitas est in corpe ad actũ ipm sanatiõis aliqd cooperat corp⁹. sic qꝛ scia ẽ in aia ad actũ sciẽdi coopat ipsa aia. qꝛ nullus est act⁹ forme g̃ aliquo mõ nõ cõicet ꝓprie mãe vel ꝓprio subo hinc ẽ g̃ ꝙ licet itelligere: vel ẽt aliq̃ alie opõnes videant esse ꝓpe ipsi aie: tñ eo ipso ꝙ aia est in corpe ꝛ est act⁹ ei⁹. opꝫ q̃ꝫ diu aia ẽ cõiuncta corpori oia talia eẽ ipsi⁹ cõiũcti ꝛ cõicari aliquo mõ ipsi corpi ꝛ ad cetera talia coopat aliqd ipm corp⁹. ¶ Notãdũ ẽt ꝙ temistius sic vr itelligere illũ textũ ꝙ si aliq̃ opõ sit ꝓpria aie ꝙ est sepabil'. qꝛ nõ ẽ dare aliqd ociosũ in nã. iõ si q̃ ẽ opatio aie ꝓpria ẽ sepabil' cũ ea. ꝛ nõ remanebit aia ociosa. sꝫ hoc nõ est ire ad mẽtẽ Arꝫ. q̃liter. n. ẽ aliq̃ opatio sepabil' cũ aia: ꝛ vtꝝ si aia sit sepabilis a corpe ociosa remaneat vl' ꝯpetat ei aliq̃ opõ ꝓpria: nõ est pñtis speculatõis: ꝛ est ire pter mentẽ phi. phs. n. nõ pl's vult nisi ꝙ si ẽ aliq̃ opatio ꝓpria aie illa est sepabil'. i. sepatim põt ꝯpetere aie absqꝫ eo ꝙ ad illã aliqd coopet corp⁹. cũ g̃ q̃ꝫ diu aia est i corpe nulla opõ ei ꝯpetat: ad quã nihil cooperet corp⁹: nll'a erit opõ sic ꝓpa ipsi aie ꝛ sic sepatiꝫ ei ꝯpetẽs ad quã nihil cooperet corp⁹: ꝛ q̃ nullo⁹ cõicet corpi. ¶ Notãdũ ãt hᷓ themistiũ dubitare eo ꝙ vr phs arguere a destructiõe añtis ad destructionẽ ꝯñtis. ait. n. si aliq̃ sit opõ ꝓpa aie: ꝯtiget ipaꝫ separi: sꝫ nulla est ꝓpa. g̃ nulla ẽ sepabil'. ad qd rñdet themisti⁹ ꝙ qñ ꝯñs ponit sub forma ꝯtigẽtis vel pols: pt argui a destructiõe añtis: vt si seqt. si hᷓ bõ sic natabit poterit bñ natare. sequitur ꝙ si non natabit non poterit bene natare. ꝛ qꝛ sic est in ꝓposito. iõ ꝛc. ¶ Possum⁹ tamen al'r rñdere ꝛ breui⁹ dicẽdo hec eẽ ꝯuertibilia. nã si ẽ opatio aliq̃ ꝓpa aie põt ei sepatiꝫ ꝯpetere absqꝫ eo ꝙ cõicet corpori. ꝛ ecõuerso si põt sepatiꝫ cõpetere aie erit ꝓpa ei⁹: cũ igit in termis ꝯueniẽtib⁹ possim⁹ arguere tã a destructõe ꝯñtl q̃ꝫ añtis pꝫ qd tenẽdũ sit de q̃sito. Deiñ cũ dic.

¶ Videnť aũt ꝛ aie passiones oẽs cuꝫ corpore Cõ. 14 esse ira: mãsuetudo: timor: ꝛ misericordia: ꝯfidentia: adhuc gaudiuꝫ: ꝛ amare: ꝛ odire: siml' enĩ cũ his patitur aliqd corpus.

¶ Ostẽdit passiões aie ꝛ opões nõ eẽ ei ꝓpas p rõnẽ sũptã ex pte corpis. circa qd duo fac. qꝛ p̃ fac qd dcm ẽ. 2° ex his q̃ dixerat ꝯcludit ꝙ in diffõne passionũ aie dꝫ poni ipsuꝫ corp⁹ vl' aliqd organũ corpale ibi (Si aũt sic se hꝫ) Circa pmũ duo fac. qꝛ p ponit qd itendit. 2° pbat ꝓpositum ibi (Indicat aũt hᷓ) Dic g̃: ꝙ videt ꝛ oẽs passiões aie eẽ cuꝫ corpe. i. cõicari corpori vt ira mãsuetudo timor misericordia ꝯfidẽtia. adhuc aũt gaudiũ ꝛ amare ꝛ odire ꝛ cetera talia cõicant corpi. qꝛ sil' cũ his aliqd patit ipm corp⁹: qd nõ esset nisi talia eẽnt totius ꝯiuncti ꝛ cõicarent corpori.

¶ Notãdũ aũt ꝙ hec rõ põt eẽ spãlis vt solũ ꝯcludat de passiõib⁹ aie q̃ sunt in pte sensitiua. qꝛ circa ea magis directe ꝛ p se patit ipm corp⁹: eo ꝙ appetit⁹ sensitiu⁹ sit vt⁹ corporal' ꝛ organica. vel põt hec rõ extẽdi ad q̃scũqꝫ opões aie. qꝛ nulla ẽ opõ ei⁹ circa quã ñ coopet aliqd organũ corporale: licet circa aliquas cooperet corp⁹ magis per se: circa aliquas vero minus. ¶ Deide cum dicit.

¶ Indicat aũt hoc aliqñ a duris qdẽ ꝛ manifestis passionibus cõcedentib⁹ nihil exacerbari: aut timere: aliquãdo ãt ꝛ puis ꝛ dbilib⁹ moueri: quũ accẽdat corp⁹: ꝛ sic se hẽat cũ irascit.

¶ Probat qd dixerat vl' qd supposuerat ostẽdẽs in ceteris talib⁹ passiõib⁹ aliqd facere ipꝫ corp⁹ ita ꝙ ꝓut corp⁹ est al'r ꝛ al'r affectũ al'r ꝛ al'r isurgũt in ipso hᷓ passiões. circa hᷓ aũt duo fac fm ꝙ dupl'r mãifestat ꝓpositũ. 2° ibi (Adhuc aũt) Dic g̃ ꝙ idicat ãt hᷓ videlꝫ ꝙ dispõ corpis aliqd coopet ad passiões pdictas ꝙ aliqñ qdẽ a duris ꝛ a mãifestis passiõib⁹ ꝯcidẽtib⁹. i. supuenẽtib⁹ ꝯtigit aliquẽ nihil exacerbari. i. moueri ad irã: aut tiere. i. ꝓuocari ad tiorẽ. aliqñ võ a puis ꝛ dbilib⁹ passiõib⁹ ꝯtigit aliquẽ moueri ad irã vt cũ accẽdat ipm corp⁹ vel sic se hẽat sic cũ irascitur.

¶ Notandū aūt ꝙ homo vno tẽpore plus ꝓuocatur ad iram ꝗ̄ alio: vt si cõtingat ipm hr̄e sanguinē accensū vel hr̄e corp⁹ sic dispositū sicut hꝫ irat⁹: tūc ex modico motu ꝓmouet̄ ad irā. qñ aūt h̄ nō hꝫ ēt si multa ei fiant nō irascit̄: qḋ nō eēt nisi dispō corpis cx̄ns alia ꝛ alia cooparet̄ aliqd ad hõ passiões. manifestū ē igit̄ talia cõicari corpi: ꝛ ad ea cooperari aliqd ipm corpus. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Adhuc magis hoc manifestū. Nullo. n. terribili iminẽte in passiõibus fiūt his aliq timẽtes.

¶ Adducit ad h̄ idē aliā rõnē dicēs ꝙ adhuc ē hoc magis manifestū: videlꝫ ꝙ ad talia cooperet̄ corp⁹. nā aliq sunt talis cõplexiõis ꝙ nullo iminẽte terribili fiūt timētes in his passionib⁹. melãci. n. qꝛ occurrūt eis fantastica nigra ꝛ obscura timēt aliqñ nullo timore iminẽte: qḋ nō eēt nisi corpus ꝛ complexio corporis aliquid cooperaretur ad hõ passiones. ¶ Deinde cum dicit.

Cõ. 15. ¶ Si aūt sic se hꝫ: manifestū: qm̄ passionuꝫ rationes in materia sunt. ¶ Quare termini tales: vt irasci mot⁹ quidē talis corporis aut partis: aut potẽtie ab hoc: ꝛ gratia huius.

¶ Concludit ex dictis ꝙ qꝛ ad has passiões coopat̄ corp⁹: iō in diffõnib⁹ eaꝝ oꝫ poni mā vt ipꝫ corp⁹ vel ps corpis. iō dicit ꝙ si sic se hꝫ: videlꝫ ꝙ ad has passiões coopet̄ corpus: manifestū est ꝙ rõnes haꝝ passionū sūt in mā. i. sunt accipiēde cū mā: q̄re tales termini. i. diffões tales sūt dāde de talib⁹ passiõib⁹: vt si diffiniēda est ira: dicat̄ ꝙ irasci est qdam motus talis corporis aut talis ptis corpis vt cordis vel sanguis: aut ira ē mot⁹ talis potẽtie. vꝫ. irascibil' ab hoc. i. ab appenti puipensiõe: ꝛ gr̄a h⁹. i. pp appetitū doloris in ꝯrio vel pp appetitū pene in vindictā: qḋ g̃ dcm̄ est de ira itelligendū est de ceteris talib⁹. qꝛ in diffõnib⁹ oiuꝫ eaꝝ ponēda est mā vt organū aliqḋ corpale: vt corp⁹ vel pars corpis. ¶ Notādū aūt ꝙ in ira ꝛ in hõ passiõib⁹ ꝗ̄tū ad pn̄s spectat est tria ꝯsiderare. vꝫ. illud qḋ ē ibi māle: vt accēsus sanguis: aut mot⁹ cordis vel mot⁹ potẽtie irascibilis. 2° ꝯsiderādū ē qd est ibi effectuū vt apparēs puipēsio. nā vt tradit̄ 2° reth. h̄ est qḋ facit aliquē eē iratū. qꝛ videt se apparēter puipendi. 3° attendēdū ē qḋ est ibi finale vt appetita punitio vel appetitus pene in vindictā. erit g̃ ira mot⁹ talis corpis vel mot⁹ potẽtie irascibilis fact⁹ ab apparenti puipensiõe pp appetitū pene in vindictaꝫ: vel pp appetitū doloris in ꝯrio. i. in inimico ꝛ in puipendente.



Et propter hoc igitur iaꝫ physici est cõsiderare de anima aut omni aut huiusmodi.

¶ Postq̄ ph̄s tetigit difficultates. circa aiam put dicit qḋdā totū vl'e: ꝛ put est qḋdā totuꝫ potẽtiale: in parte ista vt dicebat̄ tangit difficultatē circa aiam put ē qḋdā totū diffinibile. nā loq̄ndo de diffõne nāli difficile ē diffinire aiam ꝛ accipere diffões passionū ei⁹. pōt aūt ex oib⁹ intētis in hac locutiõe formari vna talis rō. valde difficile est diffinire aliqd nāl'r ꝛ cõplete. g̃ circa qḋlibꝫ diffinibile put ē de ꝯsideratiõe nāli accidit maxīa difficultas: ſꝫ aīa ē de ꝯsideratiõe nāli. g̃ circa eā vt est qḋdā diffinibile accidit maxīa difficultas. tota aūt hec rō sup duab⁹ ꝓpõnib⁹ fundat̄: q̄rū pma est ꝙ aīa ē de ꝯsideratõe nāli. 2° vo est ꝙ difficile ē aliqd nāl'r diffinire. duo g̃ facit. qꝛ p° cõcludit ex dictis aiaꝫ eē de ꝯsideratiõe nāli. 2° oñdit difficultatē magnā ꝯtigere circa nāles diffões. 2ª ibi (Differenter aūt diffiniet) dicit g̃. ꝙ pp h̄ igit̄. i. pp ea q̄ dcā sūt manifestū est iā ꝙ physici est ꝯsiderare de aīa. nā si passiones ꝛ opatiões aīe sunt toti⁹ ꝯiuncti: oꝫ aiaꝫ eē actū alic⁹ corpis: sed de oī eo qḋ est act⁹ māe ꝛ pfectio alicui⁹ corpis spectat ꝯsiderare ad nāleꝫ. igit̄ physic⁹ aut ꝯsiderabit de oī aīa: si oīs aīa sit actus corporis. aut ꝯsiderabit de aīa q̄ est hõ. i. q̄ est act⁹ corporis. ¶ Notandū aūt ꝙ dupl'r pōt haberi ex dictis ꝙ ad phycū spectet ꝯsiderare de aīa. pmo. n. h̄ appet. qꝛ sic diffinitur aīa sicut ꝛ passiões ei⁹: q̄re sic in diffõne passionū aīe ponit̄ mā vel corp⁹: vt pꝫ p habita: ita opꝫ ꝙ in diffõne aīe hoc ponat̄: ſꝫ oē illud in cui⁹ diffõne ponit̄ corp⁹ ꝛ mā fm ꝙ hõ est de ꝯsideratione physici. g̃ ꝛc. 2° hoc idē pꝫ p illud qḋ in sententiādo tāgebat̄. naꝫ si opatiões ꝛ passiões aīe nō sunt ei ꝓpe: ſꝫ aliquo mō cõicātur corpori: oꝫ aiaꝫ eē actū corporis. pp qḋ oꝫ ipaꝫ eē d cõsideratiõe physici. ¶ Notādū ēt ꝙ forte ait physicū cõsiderare de oī aīa aut de aīa hõ pp itelligentias ꝛ motores appropriatos celoꝝ: q̄ ſꝫ vnū modū accipiēdi dicunt̄ eoꝝ aīe: sed cū hõ motores: qꝛ nō moti mouēt: nō sint de ꝯsideratiõe physica fm subam dictū est ꝙ spectat ad physicuꝫ ꝯsiderare de oī aīa: si oīs aīa sit act⁹ corporis. ꝛ si non hēat ꝓprias opatiões ꝛ passiões: fm q̄s nō vtat̄ corpore: aut si oīs aīa nō est talis: qꝛ aīe celoꝝ ꝓprie nō sunt tales: cū ipe itelligāt sine fantasmate: ꝛ nō sint ꝓpe act⁹ corporis: nec cõiungant̄ ei fm esse: ſꝫ solū hꝫ opationē spectabit ad physicum nō ꝯsiderare de oī aīa quocūq̄ mō: sed de oī aīa q̄ ē hõ. i. q̄ est actus corporis ꝛ q̄ nō hꝫ operationes ꝛ passiões fm quas nō vtat̄ corpore. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Differenter aūt diffiniet physicus ꝛ dialecticus vnūq̄dq̄ ipsoꝝ vt iraꝫ qd ē: hic qdē appetituꝫ. n. recõtristatiõis aut aliqd huiusmodi. Ille aūt feruorem sanguinis aut calidi circa corborum autem alius quideꝫ assignat materiaꝫ: alius vero specieꝫ ꝛ rationem. Cõ. 16.

¶ Ostenso aīam esse de ꝯsideratione nālis declarat quāta difficultas sit circa diffões nāles: vt ex hoc manifeste habeat̄ ꝙ circa aīam: ꝛ ꝙ circa qḋcūq̄ aliḋ ꝯsideratū a nāli vt est qd diffinibile ē maxīa difficultas. ¶ Ad c⁹ euidētiā sciendū ꝙ manifeste appet maximā difficultatē eē in diffinitionib⁹ nālib⁹ si ꝯsideret̄ q̄uo differēter diffiniūt dialecticus ꝛ naturalis. duo aūt facit. qꝛ pmo dat drīaꝫ inter modū diffiniēdi logicū ꝛ nālē. scḋo ex his q̄ dixerat sepat naturalem ph̄m ab artificib⁹ alijs. ibi. (Aut nō ē aliqs q circa passiones ꝛc.) Circa pmū tria facit. qꝛ p° ponit drīam iter diffões naturales ꝛ logicas. 2° ex his q̄ dixerat ꝓbat diffões nāles eē magis ꝯpletas ꝗ̄ logicas. 3° distinguit diuersa gn̄a diffõnū vt oñdat q̄ illaruꝫ sit nālis ꝛ q̄ nō sit nālis. 2ª ibi (Rō qdē) 3ª ibi (Sic dom⁹ rō) dicit g̃ ꝙ differēter diffiniet dialectic⁹ ꝛ physic⁹ vnūq̄dq̄ ipsoꝝ: vt si diffiniēda est ira qd est. h̄ qdē. n. s. dialectic⁹ dicet eā eē appetitū recõtristatõis. aut aliqd hõ: vt appetitū pmutationis. ille aūt. s. nālis dic̄ irā eē feruorē sanguis: aut eē motū cal'i sāguis circa cor: q̄rū aūt. i. de nūero q̄ꝝ sic diffiniētiuꝫ ali⁹ qdē assignat māꝫ vt phyc⁹. ali⁹ vo speꝫ ꝛ rõnē vt dialectic⁹. ¶ Nōn^m aūt dialecticū magis eē artificeꝫ rõnaleꝫ: physicū vo magis eē realē: iō physic⁹ magis ꝯsiderat formā ꝛ vt hꝫ eē reale ꝛ vt hꝫ eē in mā. dialectic⁹ vo eo ꝙ sit artifex magis rõnal' pt diffinire accipiēdo solū rõnē ꝛ formā. absq̄ eo ꝙ i suis diffõnib⁹ accipiat māꝫ. Deīn cū dic̄.

¶ Ratio quidem eniꝫ hec rei. necesse est esse in materia huiusmodi si erit.

vero ex parte modi accipiēdi actionē illā: ⁊ tertia ex pte sensus q̄ suscipit actionē ⁊ impssionē. pma via sic pʒ. naʒ in impssiōe facta in sensu est duplex gnātio. vna q̄si equoca alia q̄si vniuoca. nā pmo ab obiecto in quo hʒ esse forma ⁊ spēs realiter multiplicant̄ spēs intentiōaliter: ⁊ hec ē q̄si gnātio equoca cū ex reali gn̄et̄ intētiōale. Ulteri⁹ aūt ab illa intētiōe facta gnātur itētio alia ⁊ hec est gnātio quasi vniuoca cū ex intētiōe gnat̄ intētio. cū g̊ mediū magis sit susceptiuum impssionis q̄ʒ organuʒ: vt caro: qꝛ minus est compacta q̄ʒ neruus magis susceptiua est h⁰ impssiōis: ⁊ aer: qꝛ magis diaphanus habili⁹ suscipit intētiōes coloris q̄ʒ oculus: dicemus ꝙ qꝛ generatio vniuoca est habilior ⁊ conuenietior q̄ʒ equiuoca: organuʒ: qꝛ nō sic habile est ad suscipiēdū h⁰ impressiōes vt mediū īmediate nō poterit recipe ab obiecto vt fiat ibi impressio equoca: sʒ īmediate recipiet a medio vt fiat ibi impssio quodam modo vniuoca. possumus dare euidēs signuʒ ꝙ in talibus habilior sit gnātio vniuoca q̄ʒ equiuoca: ⁊ ꝙ habilius gn̄etur intētio a spē intētionali q̄ʒ a reali. nam in nocte si illumineē aer q̄ est iuxta librū nō aūt sic illumineē aer q̄ est iuxta oculum optime q̄s legere poterit ⁊ lr̄e multiplicabunt similitudinem suā vsqʒ ad oculū. si aūt fieret ecōuerso vt illuminaretur aer q̄ est iuxta oculū: ⁊ nō ille qui est iuxta librū vel iuxta aliā rem visaʒ: tūc res illa visibilis nō videret̄: ⁊ nō multiplicaret similitudinē suā in aere: cuʒ g̊ lumē nō reqratur ꝓpter ipsos colores ſm se: sed ꝓpter dispōnē medij vt supius tangebat̄: ad multiplicationē hanc intētionalē reqritur maior dispositio in illa pte medij: q̄ est iuxta reʒ visam: vbi a spē reali multiplicat̄ intentionalis q̄ʒ in alia parte medij magis distāte vbi a spē intētiōabili multiplicatur itētio: ⁊ qꝛ opʒ esse valde habilis receptōis qđ a spē reali pōt īmediate recipe intentōalē imutationē: qꝛ hanc tantam habilitatē nō iuenimus in organo: sʒ in medio. ex parte itaqʒ ipsius sensibilis in quo hʒ spēs realiter esse pʒ ꝙ sensibile positū supra sensum nō facit sensum: qꝛ organum est magis cōpactū ⁊ est magis inhabile ad suscipiendum impssionem q̄ʒ mediū. ideo ꝓpter hanc inhabilitatē nō pōt īmediate imutari ab obiecto: sʒ opʒ ꝙ pus mediū īmutetur ab obiecto sensibili ⁊ a medio imutato imutat̄ etiā organū. ⁋ 2ª via ad iuestigādū hoc idē sumit̄ ex parte modi recipiēdi. naʒ spēs itentōalis sensibilis vt cōmuniter ponit̄ spūaliori modo recipit̄ in organo q̄ʒ in medio. ista aūt tanta spūalitas nō pōt īmediate deriuari ab obiecto vbi habʒ esse spēs nō spūaliter: sed māliter. pus igitur imutabit̄ mediū vbi habebit esse spēs nō sic māliter vt in obiecto. ⁊ postea a medio mutato imutat̄ organū vbi habebit esse spēs spiritualiori modo q̄ʒ in medio. ⁋ 3ª via sumit̄ ex parte ipsius sensus. nā cū ipe sensus hēat rōnē cuiusdā medietatis ⁊ ꝓportōis opʒ ꝙ quodā mō ꝓportiōato imutetur ab obiecto: q̄re sicut reqrit̄ ibi debita proportio obiecta. ita ⁊ debita ꝓportio medij. nam sicut ex obiecto nimis excellēti nō fit sensus: sʒ tollit̄ sic ex obiecto nimis remisso ⁊ debili ēt nō fit sensus: qꝛ vtrūqʒ est isensibile tam nimis excellēs q̄ʒ nimis remissuʒ: opʒ g̊ eē obm ꝓportōatum vt fiat sensus. sic ēt opʒ esse ꝓportōatuʒ ⁊ mediū. nā si nimis distet nō fiet sensus: ⁊ ēt si sit nimis ꝓpinquū: vt si ponatur sensibile supra sensuʒ nō fiet sensus: qꝛ vtrobiqʒ nō reseruat̄ illa ꝓportio ⁊ illa medietas q̄ ex sensu reqrit̄. posset ēt assignari ⁊ quarta rō: qꝛ si sensus posset iudicare de obiecto īmediate supra ipm posito quodā mō eēt supra se ꝯuersiuus: qđ nulli ṽtuti corporali pōt competere: vt pʒ ꝑ ꝓculū in libro de el'tatōe theo^ca. ⁋ Qđ v̊o arguebatur de neruo inciso. Dōm ꝙ ex eo qđ applicat̄ cultellus vel aliqđ lesiuū ad neruū qui ē organū sensus non fit sensus: sʒ qꝛ illi neruo ē caro cōiuncta imutatio illa sensibilis dolorē causans nō īmediate in neruo: sʒ mediante carne neruo cōiuncta imutat̄ neruus. naʒ si esset neruus in aliqua sui pte sic sepatus a carne ꝙ posset tāgi neruus absqʒ carne ex tali tactu nō fieret sensus: ꝙ autē sit maior dolor ex icisiōe nerui nō ē ꝙ neruus īmediate sentiat: sʒ qꝛ ex tali icisiōe fit ibi maior ꝯcursus caloris ⁊ spirituū: fit ibi maior doloris sensus. ⁋ Qđ v̊o addebat̄ de carne calefacta dʒ dici ꝙ caro imutat̄ a corpore calido vel frigido real'r ⁊ intētionaliter: sʒ ex eo ꝙ imutat̄ real'r non fit sensus: imo talis imutatio ē impeditiua sensus. fit aūt sensus ex eo qđ imutat̄ itētōaliter. nā si possʒ eē fortis imutatio intētōalis absqʒ reali: maior eēt ibi delectatio: si imutatio illa fieret ab obō cōueniēti: vel ēt maior dolor ⁊ afflictio si fieret ab inconueniēti: qđ si bn̄ intelligit̄ deseruit nobis theologis: qūo pati hʒ anima sepata: de qua diffusius dīe pn̄s speculatio nō reqrit. ⁋ Deinde cum dicit.

⁋ Sensitiuū aūt primuʒ est in quo huiusmodi potētia. Est quidē igit̄ idem: sed esse alter est. Magnitudo quidē. n. quedā erit: ꝙ sensus patitur. Non sensitiuo esse: neqʒ sensus magnitudo est: sʒ ratio quedam ⁊ potentia illius. Cō. 122

⁋ Assignat aliud qđ ē cōe omni sensui ꝑ comparationē ad organū. naʒ omnis sensus tanqʒ in subiecto fundat̄ pmo ī organo: ⁊ est idē cū organo subō: qꝛ nō hʒ aliud īmediatuʒ subm q̄ʒ organum: sʒ differt ab organo subiecto ſm eē diffinitum ⁊ ſm rationē: qꝛ alia est ratio potentie sensitiue: ⁊ alia organi. duo g̊ facit: qꝛ pmo facit qđ dcm̄ ē. 2° ex dictis cōcludit quasdā ṽitates eoꝝ q̄ possent dubitari circa sensuʒ ibi (Manifestū aūt ex his) dicit g̊ ꝙ sensitiuū. i. organum sensus ē illud in quo ē h⁰ potētia sensitiua. ē qdē igit̄ h⁰ organū sentiēdi idem sup. subiecto cuʒ ipa potētia sensitiua siue cuʒ ipso sensu: sʒ esse. i. ſm esse diffinitiuū ⁊ ſm rationē alter est. nam ipm organū qđ patit̄ sensus vel qđ patit̄ sensum. i. qđ suscipit sensuʒ est magnitudo quedaʒ: nō tamē esse sensitiuo. i. esse sensitiui vel vt habʒ alia littera eē organi. i. ratio orgāi: supple est eadē qđ ratio sensus: qꝛ magnitudo ⁊ organuʒ nō est ipse sensus: neqʒ sensus est ipa magnitudo: sʒ sensus est qdā rō: ⁊ qdā potētia illius. i. magnitudis vel organi. ⁋ Deinde cum dicit.

⁋ Manifestū aūt ex his: ⁊ pp q̄d sensibiliuʒ excellētie corrūpunt sensitiua. Si nāqʒ sit fortior sensitiuo mot⁹ soluit̄ rō: hoc āt erat sensus: sic ⁊ symphonia ⁊ ton⁹ ꝑcussis fortiter chordis. Cō. 123

⁋ Ex pmissis cōcludit quasdaʒ ṽitates circa ipsos sensus. de q̄bus ṽitatibus dubitari possʒ: ⁊ duo facit ſm ꝙ duas tales ṽtutes cōcludit. scđa ibi (Et ꝓpter qđ plante.) dicit ergo ꝙ manifestū aūt ex his ē ⁊ ꝓpter q̄d excellētie sensibilium corrūpunt sensitiua. i. sensus: qꝛ si nāqʒ sit fortior motus sensitiuo. i. q̄ʒ sensitiuum vel q̄ʒ organū sit aptum natuʒ sustinere soluit̄ ratio. i. nō reseruat̄ ibi debita ꝓportio: sʒ sensus erat hoc. i. erat quedā ratio ⁊ qdā ꝓportio. sicut tollit̄ simphonia ⁊ tonus nimis fortiter ꝑcussis chordis: sic supple tollitur sensus si ab excellēti obiecto nimis fortiter immutatur organum.

Dubitaret forte aliqs quomodo excellentie sensibiliū corrūpūt sensuʒ:

⁋ Dōm ꝙ excellens sensibile tollere sensum quantum ad psens spectat dupliciter pōt itelligi ſm ꝙ sensus duo noīare pōt. nā ipsa actio vel ipm iudiciū qđ hēmus de re sensibili sensus noīari pōt. ⁊ sic accipit̄ sensus a phō cū dicit ꝙ sensibile positū supra sensum nō facit sensuʒ. ex tali .n. appōne n̄ fit sensus: qꝛ nō fit ibi iudiciū de re sensibili. 2° mō pōt accipi sensus ꝑ ipa ṽtute vl' ꝑ potētia sensitiua. ⁊ sic accipit̄ in h° caplo cū d̄r ꝙ sensus nō ē magnitudo: sʒ

est potẽtia magnitudis. excellẽs ḡ sensibile vtroq̃ mõ cor rumpit ⁊ tollit sensum. pmo.n. tollit sensum: q2 tollit iudi ciũ de re sensibili. na3 pp excellẽs sensibile nimis fortiter mutato organo nõ possumus bñ iudicare de obiecto sen sibili: vt ppter nimiũ splendorẽ solis non possumus p vi sum bñ iudicare de ipo. scdo excellẽs sensibile corrumpit sensum: q2 corrumpit ipsam potẽtiam sensitiua3. nam gs posset solẽ tñ aspicere q2 efficeret cecus ⁊ nunq̃ videret: imo q2 aspiciendo solẽ nõ solum non bñ possumus iudica re de sole: imo etia3 de alijs obiectis ad tps nõ bñ iudica mus: vel etia3 simplr visum amittimus: possemus dicere q2 p excellẽs sensibile tripliciter tollit sensus. pmo.n. tol lit sensus: vt circa quãtum ad ipm excellẽs obm: q2 nõ bñ possumus iudicare de ipso. 2o p excellens sensibile tollit sensus ad tps quantũ ad alia obiecta: q2 aspiciẽdo solẽ ad tps nõ bñ possumus iudicare de alijs obiectis. Nã pp for tem impressionẽ lucis factam in oculo p aspectu3 solis nõ videmus alia obiecta sicuti sunt: sed quicqd cernimus vi def nobis videre cũ quadã viriditate: vel cũ quoda3 aliq̃ alio colore lucido supfuso. 3o excellẽs sensibile põt tollere sensum nõ solũ vt tunc quãtum ad ipm obm: vel etiã ad tps quantu3 ad alia obiecta: s3 ẽt vt semp: q2 põt oĩno sen sum corrumpe: s3 d̃ hoc diffusiꝰ tractabimus. in 3o. vbi red demus cãm: quare excellẽs itelligibile nõ corrũpit itelle ctũ sic excellẽs sensibile corrũpit sensu3. ¶ Deide cũ dic.

Cõ. 124. ¶ Et ppter qd plante nõ sentiũt habẽtes quã dam partem animalẽ: ⁊ patiẽtes a tangibilibꝰ. Et nãq̃ frigescunt ⁊ calescunt. Causa.n. non hẽre medietatẽ: neq̃ huiusmodi principiũ pos sibile ẽ recipe spẽs sensibiliũ: s3 pati cũ mã.

¶ Concludit aliã veritatẽ ex dictis. cõtinuet aũt sic. mani festum aũt põt esse ex dictis nõ solũ ppter qd excellentie sensibiliũ corrumpũt sensum: sed ẽt ppter qd nõ sentiunt plante hñtes quãdam potẽtiam aialem: vt vegetatiua3: ⁊ etiã patiẽtes a tangibilibꝰ frigescũt ⁊ calescunt plante. ⁊ subdit q2 causa.n. sup. q̃re plante nõ sentiũt est nõ hẽre me dietatem neq̃ hꝰ pncipiũ sensitiuu3 possibile recipe spẽs sensibiliũ: s3 solũ pati cũ materia. i. modo mãli. ¶ Notan dum aũt q2 plante l3 habeãt aliquã partem aie: q2 hñt ve getatiuã: ⁊ l3 patiant a qualitatibꝰ tangibilibus: tñ q2 sunt nimis terrestres: ⁊ nõ hñt 2plone3 reductã ad illam me dietatem quã reqrit sensus. iõ ppter suam terrestreitatẽ nõ patiunt nisi mõ materiali sicut ⁊ patiunt lapides. ⁊ iõ sentire nõ possunt. ¶ Deinde cum dicit.

Cõ. 125. ¶ Dubitabit aute3 aliqs si patiat aliqd ab odo re: qd̃ impoẽ est olphatũ hẽre: aut a colore nõ possibile videre: silr aũt ⁊ in alijs.

¶ Mouet circa ptacta questionẽ quandã: ⁊ est q̃stio vtrũ nõ hñs sensum possit pati a sensibili: vt vtr̃ non hñs olfa tũ possit pati ab odorabili: circa qd̃ duo facit: q2 pmo pro ponit hꝰ qõnẽ. 2o exequit de ea ibi (Si aũt olfatibile) di cit ḡ. dubitabit aute3 aliqs si patiat aliqd ab odore qd̃ nõ possibile est olfatũ hẽre aut si patiat a colore qd̃ non pos sibile est videre: similiter ⁊ in alijs sensibus dubium est si patiatur aliquid ab alijs sensibilibus quod non habet alios sensus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si aũt olphatibile odor: si aliqd facit olpha tum odor facit. Quare impossibiliũ olphatu3 hẽre nihil impoẽ pati ab odore. Eade3 aũt ra tio ⁊ in alijs: neq̃ possibilium: sed inquantum vnumquodq̃ sensitiuum.

¶ Exequit de qõne pposita: circa qd̃ tria facit: q2 pmo ar guit ad partẽ f̃lam. 2o oñdit nõ esse eandẽ rõnẽ de q̃litati bus tangibilibus. ⁊ de alijs. 3o soluit ad rõnes ppositas. 2o ibi (Sed tangibilia) 3o ibi (Ergo ne ⁊ illa) circa pmũ duo facit fm q2 duas rõnes adducit ostẽdens q2 non hñs sen sum nõ patit a sensibili ibi (Simul aũt manifestũ.) dicit ergo. si aũt odor est quid olfatibile: si aliqd facit olfatum. odor facit. q̃re impossibiliũ olfatu3 hẽre nihil impoẽ pati ab odore: eadẽ aũt ratio est ⁊ in alijs sensibilibus: q2 neq̃ possibiliũ. i. neq̃ cõtingẽtiu3: vel neq̃ quorũcũq̃ idrnter sup. ẽ pati ab obo sensibili: s3 patit ab obiecto hꝰ inq̃tu3 ẽ vnũqdq̃ sensitiuũ. i. hñs sensum. ¶ Deide cũ dicit.

¶ Similiter aũt manifestũ est ⁊ sic. neq̃.n. lu mẽ ⁊ tenebra: neq̃ sonus: neq̃ odor quicq̃ fa cit in corpora: sed in ea in quibꝰ est: vt aer q cũ tonitruo scindit lignum. Com. 126.

¶ Adducit ad hoc idẽ aliam rõne3. d. simlr aũt manifestũ est ⁊ sic. i. p hanc rõnem sequẽtem q2 hec obiecta sensibi lia nihil agũt nisi in ea q̃ hñt sensum: q2 neq̃ lumẽ ⁊ tene bra: neq̃ sonus: neq̃ odor nullũ facit. i. nihil facit in corpo ra nisi in sensu tantũ: s3 ea in qbꝰ ẽ sonus: vt aer: in quo h3 esse sonꝰ: facit: qui cũ tonitruo scindit lignũ. ¶ Notandũ aũt vim rõnis hꝰ in hoc consistere: q2 q2 sonus ⁊ odor: ⁊ ta lia p se nisi faciũt in corpore: s3 solũ in sensu nihil patit a so no vel ab odore vel ab aliq̃ hꝰ q̃litate nisi qd̃ h3 sensum. ¶ Nõnm etiã q2 l3 dubiũ sit: vtr̃ sonus vel aliqua hꝰ q̃li tas p se possit aliqua facere in corpore: tñ nõ est dubiũ qd̃ põt facere p accñs: q2 sonus ratõe aeris in quo fundat: q2 fundat in aere fm motũ: aer in quo est sonꝰ ppter motu3 annexũ põt ligna scindere. sonus ḡ scindit lignu3 p accñs: s3 aer motus scidit ipm p se. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Sed tangibilia ⁊ humores faciunt. Si.n. nõ a quo vtiq̃ patient inaiata ⁊ alterabunt.

¶ Ostẽdit qd̃ nõ est eadẽ rõ de qualitatibꝰ tangibilibus ⁊ de alijs. d. s3 tangibilia ⁊ hũores. i. sapores faciũt aliqd in corpora: q2 si nõ: a quo vtiq̃ patient inaiata ⁊ alterabunt. q. d. q2 nisi corpora paterent a qualitatibꝰ tangibilibꝰ: nõ esset dare a quo pati possent. ¶ Notandũ aũt q2 cũ que ritur vtrũ q̃litates sensibiles aliqd agant in corpore nõ ẽ itelligẽdũ de q̃litatibꝰ tãgibilibꝰ: q2 de illis nõ est dubiũ: s3 de qualitatibꝰ q̃ sunt obiecta alior̃ sensuũ. ¶ Notãdũ etiã q2 humores. i. sapores agũt in corpora rõne q̃litatum tangibiliũ in qbus fundant: q2 vt supra dicebat: gustus ẽ qdã tactꝰ: ⁊ gustabile qddã tãgibile ẽ. ¶ Deide cũ dic.

¶ Ergo ne ⁊ in illa faciũt. ¶ Aut non oẽ corpꝰ passiuu3 ab odore ⁊ sono: ⁊ patiẽtia idetermi nata n̄ manẽt: vt aer: fetet.n. sic patiẽs aliqd. Com. 127.

¶ Soluit ad qõnẽ factã. ¶ Ad cuiꝰ euidẽtiã sciẽdũ q2 q̃li tates sensibiles alie a tãgibilibus: cuiusmodi sunt odor so nus ⁊ color nõ simplr agũt in corpora: agunt tñ in qdã cor pora vt in organa: ⁊ ẽt in media: eo q2 sunt valde passiua: ⁊ q2 ipse aer q non sentit patit ab odore: rõnes pus facte qd̃ nihil patit ab odore vel a colore nisi qd̃ h3 sensu3: conclu debãt f̃lm ⁊ soluẽde sunt: ⁊ q2 due erant ille rõnes: duo fa cit phus: q2 pmo soluit rõnem secundã. 2o soluit pmã ibi. (Quicqd igr est odorare) dicit aũt. ḡ ne ⁊ illa. i. ille alie q̃ litates vt odor sonꝰ ⁊ talia faciũt aliqd in corpore. ⁊ respõ det q2 aut nõ omne corpꝰ ẽ passiuũ ab odore ⁊ sono: ⁊ que sunt passiua ab odore ⁊ sono sunt indeterminata: ⁊ nõ ma nent: q2 talia q̃ patiunt a talibus qualitatibus nõ manẽt: q2 sunt valde fluxibilia ⁊ valde passiua: vt aer q est valde fluxibilis ⁊ valde passiuꝰ patit ab odore: q2 fetet sicut ali quid patiẽs. ¶ Notandũ aũt p verba solutã esse rõnem secundã. nã cũ dicebat q2 neq̃ lux neq̃ sonus neq̃ odor nihil facit in corpora nisi p accñs: ver̃ est q2 p se hoc non possunt agere in corpora: quecũq̃ tamẽ bene possunt ali

quid facere corpora bene passiua vt in aerem vel etiaꝫ in aquā. ¶ Deide cū dicit.

¶ Quid igitur est odorare preter pati aliquid: aut odore sentire est. Aer autem patiens hoc mox sensibilis fit.

¶ Soluit rōnē p̄maꝫ. d. qd igit̄ est odorare p̄ter pati aliqd. in h̄. n. stabat rō p̄ma: ꝙ q2 idē est odorare qđ pati ab odore: iō nihil patit̄ ab odore nisi qđ odorat. hec āt rō soluit̄ ꝑ īteremptionē: q2 nō ē idē odorare qđ pati ab odore: ſꝫ ideꝫ est odorare qđ sentire odorē. multa tñ p̄nt pati ab odore q̄ nō sentiunt odorē vt aer. iō subdit ꝙ aut odorare ē idē qđ sentire odorē. aer aūt ē patiēs h̄. i. patit̄ ab odore: nō tñ sentit odorē: ſꝫ mox fit sensibilis ꝑ h⁹ passionē. ¶ Notādū ꝙ non qcqd patit̄ ab odore sentit odorē. sed quicqd ab odore patitur vel sentit odorem ⁊ habet sensuꝫ vt organū vel est quid sensibile ⁊ est īmutatiuū sensus vt mediū.

Cō. 128. Voniaꝫ autē non sit sensus alius preter quinqꝫ. Dico autem hos visuꝫ: auditum: olphatum: gustum: tactū. Ex his credet aliquis.

¶ Postq̄ ph̄s determinauit q̄daꝫ cōia circa oēm sensum. In parte ista vult ꝓbare sufficientiā sensuuꝫ ondens esse qnqꝫ sensus ⁊ nō plures. pōt aūt hec pars diuidi in q̄tuor partes: q2 p̄mo īuestigat sufficiētiaꝫ sensuū particulariuꝫ. scđo ex sensibus particularibus īuestigat esse sensuꝫ cōeꝫ. tertio separat ⁊ distinguit sensuꝫ ab ītellectu. q̄rto incipit determinare de ip̄o ītellectu siue de ip̄a parte ītellectiua. scđa pars īcipit ibi. (Qm̄ aūt sentimus.) tertia ibi. (Quoniaꝫ aūt duabus dr̄ītÿs.) q̄rta ibi. (De parte aūt anime) Dubitat̄ aūt ab aliq̄bus vbi incipiat tertius liber. Ad qđ dicūt ꝙ apud grecos īcipit hec. Qꝫ aūt non est sensus: ⁊ vt aiunt hoc rōnabiliter factū est: q2 ab isto capl'o vltra īcipit ph̄s ingrere de ītellectu: sed cū in hoc capl'o nulla mentio fiat de ītellectu. ſꝫ ab illo capl'o: qm̄ aūt duabus differentÿs īcipiat ph̄s distinguere ītellectuꝫ a sensu: ⁊ postea ī capitulo sequēti vt in illo capl'o. de parte aūt anime. incipiat determinare de ītellectu. tertius liber vel īcipiet in illo loco. Qm̄ aūt duabus differētÿs. vel īcipiet ibi. De ꝑte autē aīe. ꝙ si apud grecos īuenit̄ h̄ ītitulatus tertius forte fuit error scriptoris īcribētis ⁊ ītitulantis. supposito aūt ꝙ hic nō īcipiat tertius liber: pars ista in qua determinatur de sufficientia sensuū pōt diuidi in partes duas. q2 p̄mo ꝓbat ph̄s h⁹ sufficiētiam ex parte sensibiliū ꝓprioꝝ. scđo ꝓbat eam ex ꝑte sensibilium cōium ibi. (At vero neqꝫ cōium.) Circa p̄mū duo facit. q2 p̄mo ꝓponit qđ ītendit. scđo declarat ꝓpositū ibi. (Si eniꝫ ois.) Dicit ḡ. ꝙ aūt nō sit sensus alius p̄ter quinqꝫ. Dico aūt hos. i. preter hos quinqꝫ vt preter visum: auditum: olphatum: gustum: tactum: credet aliquis ex his. i. ex dicendis. ¶ Deide cū dicit.

¶ Si. n. ois cui⁹ ē sensus tact⁹: ⁊ hūc: ⁊ hūc sensum habemus. Oēs. n. tangibiles inq̄ꝫtū tangibiles passiōes: tactu nobis sensibiles sunt.

¶ Declarat ꝓpositū ⁊ ītēdit talē rōnē. qcunqꝫ hꝫ hoc organū cognoscit hec sensibilia: ⁊ hꝫ hunc sensuꝫ: ⁊ qui hꝫ oē organū cognoscit oia sensibilia: ⁊ hꝫ oēs sensus: ⁊ q2 sic ē non p̄t nobis deficere sensus aliq̄s nisi nobis deficiat aliqđ organū. ḡ a destructiōe ꝯñtis si nobis nō deficiat aliqđ organū nō d̄ficiet aliquis sensus. nll's ḡ sensus est q nō habeat̄ a nobis vel qui nō habeat̄ ab aīalibus ꝑfectis: sed nos nō habemus nisi hos qnqꝫ sensus. ḡ nullus ē sensus p̄ter hos qnqꝫ. sunt itaqꝫ qnqꝫ ⁊ non plures. fundat̄ autē hec rō suꝑ tribus ꝓpōnib⁹: q̄rū p̄ma est. ꝙ qui hꝫ h̄ organū cognoscit hec sensibilia: ⁊ hꝫ hūc sensuꝫ. scđa ē. ꝙ cui d̄ficit aliq̄s sensus ei deficit aliqđ organū. tertia est ꝙ q2 aīalib⁹ ꝑfectis ⁊ maxime nobis nō deficit aliqđ organū. ḡ nec aliquis sensus. he aūt tres ꝓpōnes se hñt ꝑ ordineꝫ. q2 scđa seq̄tur ex p̄ma. ⁊ tertia ex scđa. nā ex hac ꝓpōne. si habes hoc organū cognoscis hec sensibilia ⁊ habes hūc sensuꝫ. seq̄tur ꝙ si haberes aliud organū cognosceres alia sensibilia ⁊ haberes aliū sensuꝫ. quot ḡ habes organa: tot gnā sensibiliū cognosces ⁊ tot habes sensus. si ḡ nō deficit tibi aliqđ organū nō deficiet tibi aliq̄s sensus: ⁊ si tibi deficiat aliq̄s sensus: opꝫ qđ tibi deficiat aliqđ organuꝫ. ista ḡ ꝓpō scđa. vꝫ. ꝙ si tibi deficiat aliq̄s sensus ꝙ tibi deficit aliquod organuꝫ. sequitur ex hac prima videlicet ꝙ quale habes organum talē habes sensum ⁊ talia cognoscis sensibilia.

¶ Ulterius ex scđa ꝓpōne sequitur tertia: q2 ex hac ꝓpōne scđa ꝙ si d̄ficit tibi aliq̄s sensus ꝙ tibi deficiat aliqđ organū: ꝑ locū a destructiōe ꝯñtis: seq̄t̄ hec ꝓpositio tertia. vꝫ. ꝙ q2 nobis nō d̄ficit aliqđ organuꝫ. ḡ nec aliq̄s s̄sus. tria ḡ facit̄ s̄ꝫ ꝙ has tres ꝓpōnes d̄clarat. nā p̄ ondit ꝙ q̄le habes organū talia sensibilia cognoscis: ⁊ talē habes sensuꝫ. scđo ex hoc īfert ꝙ si tibi d̄ficit aliq̄s sensus: ꝙ tibi deficiat aliqđ organū. tertio ꝓbat ꝙ nobis nō deficit aliqđ organū. ⁊ ꝑ ꝯñs nec aliq̄s sensus: ⁊ tūc vt dicebat̄ est vlterius arguēdū ꝙ si nobis nō deficit aliq̄s sensus: ⁊ nō hēmus nisi qnqꝫ sensus: nullus ē sensus p̄ter qnqꝫ. scđa ps īcipit ibi. (Necesse si q̄dē.) tertia ibi. (Et q̄cūqꝫ q̄dē.) declarat ḡ p̄mā ꝓpositionē. vꝫ. ꝙ sensus ꝓportionāt̄ organis: vt ꝙ si habes hoc organū cognoscis hec sensibilia ⁊ habes hūc s̄suꝫ: ⁊ ꝙ q̄le habes organū talia cognoscis sensibilia: ⁊ taleꝫ habes sensuꝫ: qđ declarat ꝑ sensuꝫ tactus dicēs: ꝙ si enim ois q̄litas cui⁹ est sensus tactus. suꝑ. cognoscit̄ ꝑ organū tactus: ⁊ ab hñte talē sensuꝫ: ⁊ nūc sic se hꝫ ꝙ habem⁹ sensum tact⁹: oēs eniꝫ passiōes corporis tangibilis inq̄ꝫtuꝫ est tangibile sunt nobis sensibiles tactu. i. ꝑ tactū. igit̄ si ois q̄litas tāgibilis cognoscit̄ ꝑ organū tact⁹: ⁊ ab hñte talē sensuꝫ: ⁊ etiā si nos cognoscimus oēs q̄litates tāgibiles ꝑ organū tact⁹: q2 habemus hūc sensuꝫ: opꝫ ꝙ idē sit iudiciū de q̄litatibus tāgibilibus ⁊ de sensu ⁊ de organo tact⁹. ⁊ sic idē ē iudiciū de q̄litatibus tāgibilib⁹ ⁊ de h̄ sensu ⁊ de h̄ organo: sic idē est iudiciū de alÿs q̄litatib⁹ sensibilibus: ⁊ de alÿs sensib⁹: ⁊ de alÿs organis. ꝑ ea ḡ q̄ videmus in sensu tact⁹ declarata ē ꝓpō p̄ma. vꝫ. ꝙ q̄litates sensibiles ⁊ organa et sensus ꝓportionāt̄ adinuicē: q2 cog̊scis has q̄litates sensibiles habes h̄ organū ⁊ hūc sensuꝫ: ⁊ ꝙ q̄le habes organū tales q̄litates sēsibiles cog̊scis ⁊ talē habes sensū. ¶ Deiñ cū dic̄.

¶ Nec neqꝫ siquidē deficit aliquis sensus: ⁊ organum nobis aliquod deficere.

¶ Proponit ꝓpōnē scđaꝫ di. necē ē siq̄dē ꝙ si deficit aliq̄s sensus nobis ⁊ organū nobis aliqđ deficere. seq̄t̄ ḡ hec ꝓpositio ex p̄ma. nā si q̄le habes organū talia sensibilia cog̊scis: ⁊ talē habes sensuꝫ: nō pōt esse ꝙ tibi deficiat aliquis sensus nisi tibi deficiat aliqđ organū. ¶ Deinde cū dic̄.

¶ Et q̄cūqꝫ q̄dem ipsi tāgentes sentimus tactu sensibilia sunt: quē existimus hñtes. Cō. 129

¶ Probat ꝙ nobis non deficit aliquod organū: ex quo sequit̄. vt pꝫ ꝑ hita ꝙ nobis nō deficiat aliq̄s sensus. ¶ Ad c⁹ euidētia sciēdū ꝙ aliq̄ sensus sentiūt ꝑ mediū ītrinsecū siue ꝑ mediū ītraneū vt tact⁹: ⁊ ēt gustus: q2 ē q̄dā tactus. alÿ v̊o sensus sentiūt ꝑ mediū extraneū. duo ḡ facit. q2 primo ondit ꝙ nobis nō deficit aliqđ organū. q̄ꝫtū ad sensus q sentiūt ꝑ mediū ītrinsecū. scđo ondit ꝙ nobis nō deficit aliqđ organū q̄ꝫtuꝫ ad sensus q sentiūt ꝑ mediū extraneū. nullo ḡ mō nobis deficit sensus. scđa ibi (Quecūqꝫ v̊o per mediū.) dicit ḡ. ꝙ q̄cunqꝫ quideꝫ ipsi tangentes sentim⁹ sunt sensibilia tactu. i. per organū tactus: quē tactū vel qđ organū tactus existimus habētes. q2 nō pōt nobis defice-

re organũ per qđ tactu cognoscim⁹. ℂ Notādū q eo ipso q tactu cognoscimus aliq̃ sensibilia vult phs q nos existimus habētes organũ illud p qđ tactu cognoscimus. nullo ĝ mō ẜm ipm pōt nobis deficere organũ: p qđ cog͂scim⁹ tāgendo: ⁊ p qđ cog͂scimus p mediũ ītraneũ.

Dubitaret forte aliqs de ɔñtijs q̃ h̃ īducuntur in littera. ⁊ pmo posset esse dubiũ de hac ɔña q̃ supius inuebatur. vz. q qui cognoscit qualitates tāgibiles: cuiusmodi est sensus tactus: q ipe cognoscit eas p organũ tactus: ⁊ q h̃z hō sensuz. videt̄ aūt hoc eē falsuz. nā p sensuz cōem cognoscimus obiecta oīum sensuuz pticulariũ ⁊ p itell'm cognoscimus qditatē oīum sensibiliũ: s; si p sensuz cōem qui est distinctus ab oibus sensibus pticularibus possumus cognoscere oba oīum sensuuz pticulariũ: et p itell'm possumus cognoscere oēm talē qditatē: nō op; q cognoscēs h̃ sensibilia q habeat hūc pticularē sensum: q: poterit ea cognoscere p aliaz virtutē vt p sensuz cōem vel p itell'm. ℂ Dō; q ẜsus pticulares exteriores sunt ianua totius cognitiōis nostre. nā l; sensus cōis cog͂scat oba oīuz sensuũ pticulariũ: nunq̃ tñ cognoscit ea nisi imutatus ab exteriorib⁹ sensibus. cognoscit. n. visibilia vt imutatur a visu. visibilia eni pmo imutāt visum: ⁊ imutādo visuz puenit h̃ imutatio vsq; ad cōem sensuz. cognitio ĝ ẜsus cōis p̱supponit cognitionē pticulariuz ẜsuuz. cui ĝ deficit cognitio alic⁹ pticularis sēsus. o; q ⁊ ẜsus cōis puetur cognitiōe illa. sic etiā ⁊ itellectus noster in sui pmordio est sic tabula rasa: ī qua nihil est scriptũ. qcqd igit̄ in intellectu recipit̄ fit mediāte ẜsu: ppter qđ deficiēte aliquo ẜsu necesse est ⁊ sciam deficere que ẜm illum ẜsum est: vt dicit̄ pmo posteriorꝫ. quare si cognoscimus q̃litates visibiles: o; q habeamus organũ visus ⁊ ẜsuz visus. q: ⁊ si per ẜsum cōem possum⁹ cognoscere tales qualitates: ⁊ si p itell'm cognoscere possumus qditatez taliũ qualitatũ: nūq̃ tamē hō cognitio puenire potest ad ẜsum cōem vel ad itellectum vel ad aliquā aliam potētiaz ẜsitiuaz nisi mediāte visu: ppter qđ bene dcm̄ est: q si cognoscimus qualitates tāgibiles vel aliqua alia obiecta alicuius ẜsus particularis: o; nos habere organũ illius ẜsus ⁊ etiā ẜsum illum.

Alterius forte dubitaret aliquis. vtruz habēs aliqđ organũ alicuius ẜsus cog͂scat omnes differētias ẜsibiles illi⁹ ẜsus. ⁊ videt̄ q nō. q: multa aīalia habēt ẜsum visus: que nō cognoscunt omnes differētias visibiles: vt p; in piscibus qui nō cognoscūt nisi excellētias sēsibiliũ. ⁊ etiā multa habēt sēsuz odoratus que nō cognoscūt omnes differētias odorabiliuz: vt patet in boībus qui nō odorāt nisi cū tristitia ⁊ letitia: ⁊ nō percipiūt nisi odoruz excellētias. ℂ Dicēduz q hic locũ habet duplex distictio: vna ex pte organi ⁊ alia ex pte cognitiōis differētiarũ ẜsibiliũ. naz organũ ẜsus potest dupl'r cōsiderari. vno modo vt est bene dispositũ. alio modo vt male. sic etiā cognoscere omnes differētias sensibiles dupl'r potest itelligi. primo in se. scđo in suis excellētijs. organum ĝ alicuius ẜsus bene dispositū pōt cognoscere omnes differētias illius sēsus in se. si aūt nō sit bñ dispositũ nō poterit omnes hō differētias cognoscere ī se: s; ī suis excellētijs.

Alterius dubitaret forte aliquis. vñ sequitur h̃ ɔña q nō potest nobis deficere organũ respectu illorꝫ ẜsibiliuz q̃ sunt apta nata cognosci p mediũ ītraneuz. ℂ Dicēdum q mediuz ī tali cognitiōe est pars nostri. nō ĝ pōt esse q nobis deficiat tale mediuz: q: tūc nobis deficeret aliqd qđ est de subā nostra: ⁊ si nobis nō deficit mediũ nec organũ: q: organũ ī nobis est ꝓportionatũ medio. Rursus mediũ est ppter ipm organũ. ociose ĝ ageret nā ⁊ deficeret in necarijs si dedisset nobis mediũ: ⁊ nō ddisset nobis organũ: ad qd tale mediuz ordinat̄. vult ĝ phs dicere: q eo ipso q tāgētes sentimus aliqua ẜsibilia existimus habētes hō sēsuz ⁊ hō organũ quo sētimus ea: q: cū mediũ in tali sēsu sit ps nostri: nō pōt nobis deficere tale mediũ. ⁊ p ɔñs nec organũ qđ ē ꝓportionatũ medio: ⁊ ad qđ mediũ ordiat̄ hoi. ergo ⁊ vlīter oibus aīalibus pfectis nō potest dficere aliquod organũ: ⁊ per ɔñs nec aliquis sensus quo sentimus per mediũ ītnatum vel ītraneũ. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Quecunq; vero per media: ⁊ nō ipsa tangentes simplicibus. Dico aūt vt aere: ⁊ aq̃: habent autē sic: vt siqdem per vnuz plura sensibilia existentia: altera abinuicē genere: necesse habētez huiusmodi sensitiuũ vtrorūq; sensitiuũ esse: vt si ex aere est sensitiuũ: ⁊ est aer mediũ soni ⁊ coloris. Si vero plura eiusdem sint vt coloris: ⁊ aer: ⁊ aqua. vtraq;. n. diaphana: ⁊ qđ alterum ipsoruz est habēs sonũ. Sentit id qđ per vtraq;: aut qđ ab ambobus.

ℂ Postq̃ ꝓbauit q nō pōt nobis deficere aliqđ organuz nec aliqs sēsus quo sētim⁹ p mediũ ītraneũ: vult ostēdere q nō pōt nobis deficere aliqđ organũ nec aliqs sēsus quo sētimus p mediũ extraneũ. ɔmētator tñ hāc ptē aliter idicit. vult. n. h̃ phm triplici demr̄atiōe ꝓbare q nō sit dare sextũ ẜsuz. q̃rũ pma sumit̄ ex pte medioꝝ. scđa ex pte organoꝝ. tertia ex pte oboꝝ. scđa demr̄atio icipit ibi. (Simpliciũ aūt.) tertia ibi: (Quare si nō aliqđ verũ.) q: ista sic ɔtinuādo fit qđā violētia lr̄e: iō possum⁹ al'r diuidere. dicēdo q phs tria facit. nā p declarat hāc ꝓpōnē vtilē ad ꝓpositũ. vz. q organa sunt ꝓportionata medijs. scđo ex hac ꝓpōne declarata ꝓbat itētũ. vz. q nobis nō pōt deficere aliqđ organũ q̃tũ ad sensus q sentiūt p mediũ exneũ. 3° ɔcludit ex dictis q nullus nobis ẜsus deficiat. 2ª ibi. (Simpliciũ aūt.) 3ª ibi. (Quare si nō aliqđ.) dic͂ ĝ. q q̃cūq; vō sēsibilia sentim⁹ p media exnea: ⁊ nō sentim⁹ ipsa tāgētes simplicib⁹. i. p corpora simplicia sētim⁹ ea. dico aūt vt aer ⁊ aq̃. ⁊ sup. subdit. habēt aūt sic se hō media: vt siqdē p vnũ mediũ cognoscim⁹ plura ẜsibilia exn̄tia altera abinicē gn̄e necesse ē hn̄tē ẜsitiuũ. i. organũ ẜsus hō. i. ꝓportiōatũ medio eē ẜsitiuũ vtrorūq;. i. sentire ⁊ cog͂scere vtraq;: vt si sensitiuũ. i. si organũ ẜsus ē ex aere. i. ꝓportionatũ ⁊ ɔforme aeri: ⁊ aer ē mediũ soni ⁊ coloris: p illud ẜsitiuũ cog͂scem⁹ colorē ⁊ sonũ. si vō plura media sint eiusdē ẜsibilis: sic coloris ē mediũ aer ⁊ aq̃: q: vtraq; sunt diaphana qđ ē habēs alterꝫ ipoꝝ solũ. i. qđ ē habēs organũ ɔforme alteri eoꝝ aut qđ ē ambobus. i. qđ h̃z organũ ɔforme ambob⁹ cog͂scet sup. illud qđ p vtraq;. i. cog͂scet colorē vel cog͂scet odorē. q ē apt⁹ nat⁹ cog͂sci p vtrūq; me⁴. reqrit̄ ĝ vt plane p; ex textu q organũ sit ɔforme me°ad h̃ q sētiam⁹ p organũ illa ẜsibilia q̃ sūt apta nata sentiri p me^m. ℂ Notā^m āt q ait q cũ pl'a media sūt eiusdē sēsibilis q h̃z organũ ɔforme alteri illoꝝ medioꝝ aut ambob⁹ cog͂scit illđ ẜsib'e qđ ē aptũ natũ cog͂sci p vtrūq; me^m. h̃ āt dic͂ pp odoratũ: q: ī odore me^m ē aer ⁊ aq̃: ⁊ aliq̃ aīalia hñt organũ hō sēsus magis cōforme aeri vt terrestria: aliq̃ vō magis ɔforme aq̃ vt aq̃tica: aliq̃ āt forte hñt ip̄z ɔforme aliquo° ambob⁹: vt si q̃ sūt aīalia q pticipent vtrūq;: vt q sint aliq̃° aq̃tica: ⁊ aliquo° terrestria. q̃cūq; tñ mō ponat̄ hō dñiuz vel ɔformitas: vt q ī tali organo vel dñet̄ alterũ hoꝝ elꝫoꝝ vel sit ibi aliq̃lis ɔformitas ad vtrūq; semp hñs tale organũ pcipiet tale ẜsibile.

Dubitaret forte aliqs. q: nō vr̄ verũ eē qđ phs ait q si p vnũ me^m cog͂scūt̄ pl'a ẜsibilia habēs organũ ɔforme illi me° cog͂scet per illđ organũ illa ẜsibilia pl'a. nā p aerē tāq̃ p me^m ē apt⁹ nat⁹ cog͂sci coloꝝ ⁊ sonus: ⁊ hēmus organũ ɔforme aeri vt timpanũ audit⁹: ⁊ tñ

per illud organū nō cognoscim⁹ colorē ꝛ sonū: ſ3 sonū tm̄. ¶ Dōz ꝙ i oib⁹ sunt accipiēda q̄ sūt p se. ꝛ dimittēda q̄ sūt p accñs: aer aūt ē mediū: soni ꝛ coloris: alr̄ tñ ꝛ alr̄: qꝛ coloris ē mediū: vt ē diaphan⁹ soni vo vt ē rarefactibilis ꝛ ꝯdēsabilis. nō ḡ organū ſ3 ꝙ hꝫ ꝓportionaret̄ aeri: vt ē me^m vtroqꝫ mō pciperet vtraqꝫ: ꝛ qꝛ visus imutat̄ solū: vt ē diaphanus: timpan⁹ vo audit⁹ imutat̄ ab aere: vt ē rarefactibilis ꝛ ꝯdēsabilis p visuꝫ solū pcipim⁹ colorē ꝛ p auditū sonū. organū ḡ audit⁹ ꝛ si ꝓportionat̄ aeri: tñ vt ē organū nō ꝓportionatū aeri vt ē mediū i colore ꝛ sono: ſ3 in sono tm̄ phs taꝫ p ea que dixerat nō plus vult nisi ꝙ organū vt est organum debet ꝓportionari medio vt mediū est qđ patet verum esse. ¶ Deinde cū dicit.

Cõ.130. ¶ Simpliciū āt ex duobus his: sensitiua soluꝫ sūt ex aere ꝛ aq̄. Pupilla qdē.n. aq̄: audit⁹ vo aeris: olphatus āt hoꝝ alteri⁹ est. Ignis āt aut nulli⁹ ē aut cōis oib⁹. Nihil.n. sine calore sensitiuū ē. Terra vo aut nullius ē: aut i tactu maxime miscet̄: vñ reliq̄t nullū eē sensitiuū extra

Cõ.131. aerē ꝛ aqꝫ. ¶ Hec āt ꝛ nō q̄dā hñt aialia. Oēs igit̄ sensus habent̄ a n̄ impfectis neqꝫ orbatis. videtur.n. ꝛ talpa sub pelle habens oculos.

¶ Premissa hac ꝓpone ꝙ organa debēt ꝓportionari medijs itēdit talē rōnē. q̄cūqꝫ sentim⁹ p media ex̄nea sentim⁹ p aerē: aut p aquā: aut p vtrūqꝫ: ſ3 organa debēt ꝓportionari medijs: ꝛ nos hēmus organū ꝓportionatū aeri vt auditū. ꝛ ꝓportiōatū aq̄ vt visuꝫ. ꝛ ꝓportionatū vtriqꝫ vt odoratū. ḡ hēmus oīa organa. est ḡ vis rōnis: ꝙ si organa ꝓportionant̄ medijs: ꝛ nō sūt plura media. ꝛ hēmus organa ꝓportionata oibus talib⁹ medijs. ḡ hēmus oīa organa q̄ sūt apta nata sentire p talia media: qꝛ si deficeret nobis aliqđ organū deficeret nobis ꝓportio ad aliqđ me^m. dic̄ ḡ. ꝙ sensitia. i. organa sentiēdi solū sūt ꝯformia vel solū sunt apta nata ꝯstitui ex his duob⁹ simpliciū. i. de numero simpliciū corpoꝝ. vꝫ. ex aere ꝛ ex aq̄. vt pupilla qdē.n. ē aq̄: audit⁹ vo aeris: olphat⁹ aūt ē hoꝝ alteri⁹. ignis aūt aut nulli⁹ ē: aut ē cōis oibus qꝛ nihil ē sensitiuū sine calore: terra vo aut nullius ē aut in tactu maxīe miscet̄. vñ reliq̄t nullū sensitiuū. i. nullū organū sensus eē extra aerē ꝛ aquaꝫ. h̄ āt. i. organa sensus ꝯformia aeri ꝛ aq̄ hꝫ ꝙ nūc videm⁹ hñt aialia q̄daꝫ. i. pfecta. oēs igit̄ sensus habent̄ ab aialib⁹ nō īpfectis nec orbatis: imo q̄dā vident̄ eē orbata ꝛ iperfecta q̄ nō sunt: vt talpa credit̄ orbata: ꝛ tñ nō est. vr̄.n. eē hñs oculos sub pelle. ¶ Notāduꝫ autē ꝙ ignis aut est nullius organi aut est cōis oibus: qꝛ si ꝯsideret̄ ignis ꝭm se est nullius organi: qꝛ organa debēt eē passiua. ignis aūt est maxīe actiu⁹: ſ3 si cōsideret̄ ignis ſ3 q̄ndā pticipationē sue q̄litatis sic ignis cōmunis est oibus: qꝛ calor maxīe ꝯpetit igni. ꝛ opꝫ calorē aliquē ꝯcurrere ad oēm sensuꝫ. ¶ Notādū ēt ꝙ h̄ nō itendit loqui nisi de orḡāis p q̄ sentim⁹ p media extranea. nulli āt tali organoꝝ pōt appropriari terra. ſ3 si deberet appropriari alicui appropriaret̄ tactui: qꝛ in tactu eo ꝙ sit sensus maxime m̄alis miscet̄ terra. ¶ Notādū ēt ꝙ organa qb⁹ sentim⁹ p mediū extrisecū: oꝫ ꝙ appropriēt̄ corporibus simplicib⁹ ꝛ eľtis: nō autē pñt nec igni nec terre. vt pꝫ. ḡ appropriant̄ vel aeri vel aq̄: his āt duob⁹ eľtis nō pōt eē nisi triplex appropatio: qꝛ vel approp̄abit̄ aeri tm̄. vel aq̄ tm̄: vel vtriqꝫ. aeri tm̄ oīs audit⁹ approp̄at̄. aq̄ tm̄ oīs visus. odoratus vo approp̄at̄ vtriqꝫ: qꝛ aliqs odoratus appropriat̄ aeri vt odorat⁹ aīaliū terrestriū. aliqs vo appropriat̄ aq̄: vt odoratus aīaliuꝫ aq̄ticoꝝ: q̄re si nō pñt plurib⁹ modis diuersificari organa: p q̄ sentiam⁹ p media extriseca: ꝛ q̄dā aīalia vt pfecta: ꝛ nō orbata hñt oīa organa. seq̄t̄ h̄ aīalia hr̄e oēs hos sensus. ¶ Notādū ēt hāc rōnē cuꝫ p̄missa facere quodāmō rōnē vnā. nā si nobis nō deficiūt organa p que sentimus p mediū itraneū. eo ꝙ mediū in talibus sit de ꝯpōne nr̄i: nec nobis deficiūt organa p q̄ sentim⁹ p mediū ex̄neuꝫ eo ꝙ nullū tale sensitiuū vel nullū tale organū ē ex aerē ꝛ aquā: ſ3 vel appropriat̄ aeri vt auditus: vel aq̄ vt visus: vľ vtriqꝫ vt odorat⁹: qꝛ sic est nobis nō deficit aliqđ organū: cū nos habeam⁹ tā organa p q̄ sentim⁹ p me^m itraneū: q̄3 illa p q̄ sentim⁹ p mediū extraneū: ꝛ si nobis nō deficit aliqđ organū nō deficit aliqs sēsus. cū ḡ nō habeam⁹ nisi qnqꝫ organa erūt tm̄ qnqꝫ sensus ꝛ nō plures. ¶ Notādū ēt ꝙ talpa lꝫ videat̄ orbata: nō tñ ē simplr̄ orbata. ſ3 hꝫ oculos sub pelle. nam qꝛ illđ aīal sp̄ ē sub terra ne terra lederet ocl'os ei⁹ igeniauit nā vt faceret ei oculos sub pelle. ita ꝙ p pellē defenderentur oculi ne lederent̄ a terra.

Dubitaret forte aliqs: q̄re organa p q̄ sentimus p mediū ex̄neū approp̄ant̄ eľtis simplicibus. ¶ Dōm ꝙ oꝫ media p que sentimus vel eē de compositōe nostri: ita ꝙ sint pars corporis nostri: vel eē ex qb⁹ cōstat corp⁹ nr̄m. nā si organa semp sunt de ꝯpōne nostri: ꝛ organa sūt ꝯformia medijs: oꝫ media vel eē ptē corpis nr̄i vel eē ea ex qbus ꝯponit̄ corpus nr̄m. mediū autē qđ ē ps corporis nostri est caro q̄ ē mediuꝫ in tactu. ꝛ ēt in gustu vt est q̄daꝫ tactus: media vo que nō sunt pars corporis nostri ſ3 habēt ꝯformitatē cū corpore nostro: qꝛ ex eis cōponitur corpus nr̄m: sunt eľta exteriora p que sentim⁹ tanq̄ p mediū extraneū. iter h̄ aūt eľta ignis nō appropriat̄ alicui organo: nec ēt terra appropriat̄ alicui organo loq̄ndo de organis p q̄ sentim⁹ p media ex̄nea. non ḡ fit talis appropriatio nisi vel aeri vel aq̄. ꝛ qꝛ nos hēmus oīa organa appropriata aeri vel aq̄ vel ēt vtriqꝫ: vt sepius dcm̄ est habemus oīa organa p q̄ sentimus p mediū extraneū. ꝛ ēt vt supius pbabatur habemus oīa organa p que sentimus p mediū itraneū. ḡ nobis nō d̄ficiet aliqđ organū. ꝛ p ꝯñs nec aliqs sensus. sic ḡ arguit ꝯmētator ꝙ si homini qui est pfectior iter aīalia nō deficit aliqs sensus: ꝛ homo nō hꝫ nisi quinqꝫ sensus: nō ē dare sextū sensuꝫ preter hos qnqꝫ sensus q̄ ē ꝯcľo pncipalr̄ itenta in hoc caplō. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare si nō alteꝝ: aliqđ est corpus ꝛ passio que nullius est eorū q̄ sunt hic corporuꝫ: neqꝫ vnus vtiqꝫ dificiet sensus. Cõ. 132.

¶ Cōcludit ex dictis ꝙ nullus nobis sensus deficiat dicēs. q̄re si nō est aliqd alterū corpus eľtare p̄ter h̄ q̄ttuor eľta. ꝛ si passio nō est aliq̄ q̄ nullius sit coꝝ q̄ sunt h̄ corpoꝝ que nō sit nobis tactu pceptibilis. neqꝫ vnus itaqꝫ. i. nullus nobis deficiet sensus. ¶ Notādū aūt ꝙ hec cōcľo. seq̄tur. ex oibus supradictis. nā p numerū q̄ttuor eľtoꝝ probata fuit sufficiētia sensuū p quos sentimus p mediū extraneum ex eo vo ꝙ sentimus oēs q̄litates tangibiles: ꝓbata fuit sufficientia sensuū: p quos sentimus p mediū itraneum. ḡ si nō sunt plura eľta: q̄3 q̄ttuor nō deficit nobis aliqđ organū p qđ sentimus p mediū ex̄neū. ꝛ si nulla tāgibilis passio nullius eoꝝ que sūt h̄ corpoꝝ est que nobis nō sit pceptibilis tactu: nō deficit nobis organū: p qđ sentimus p mediū itraneuꝫ. nullū ḡ organū deficit nobis. ꝛ p ꝯñs nullus sensus. ¶ Notādū ēt ꝙ cū q̄ttuor sint eľta: ꝛ loq̄ēdo de organis p que sentimus p mediū extraneū ignis nō appropriet̄ alicui organo: neqꝫ terra: opꝫ ꝙ oīs appropriatio fiat aeri vel aq̄. nō erūt ḡ nisi tria talia organa: vt dicebat̄: quoꝝ vnum appropriat̄ aeri: aliud aq̄: tertiū vtriqꝫ: ſ3 si eēnt qnqꝫ eľta vľ pľa possent eē pľa hꝫ organa approp̄ata eis. ꝛ p ꝯñs posset nobis deficere aliqđ organū. ꝛ p ꝯñs aliqs sēsus. ex determiato itaqꝫ nūero eľtoꝝ sumit̄ sufficiētia sensuuꝫ p q̄s sentim⁹ p me^m ex̄neū: ſ3 qꝛ cog̃scim⁹ oēs tāgibiles passiōes

corpoꝝ hic existẽtiũ p̃t sumi sufficiẽtia sensuũ ꝑ quos sentimus ꝑ mediũ ĩtraneũ. ꝯcludi igit̃ põt ex dictis vl'is sufficiẽtia sẽsuũ: ⁊ ꝙ nobis nõ deficiat aliq̃s sensus. ℭ Nõndũ ẽt ꝙ ꝟz ꝯmẽtatorẽ h̃ ẽ noua demr̃atio oñdẽs ꝙ nobis non deficiat aliq̃s sẽsus ex ꝑte ipsoꝝ obtoꝝ vel ipsarũ q̃litatũ sẽsibiliũ. nã si nll'm ẽ cor⁹ el'tare p̃ter h̃ 4.^or el'ta: ⁊ nulla est passio sẽsibilis corpoꝝ mixtoꝝ h̃ exñtiu q̃ ñ sẽtiant̃ a nob nos sentimus omnes passiones ⁊ qualitates sensibiles. ⁊ ꝑ ꝯñs habemus omnes sensus.

Cõ.133. T vo neq̃ cõiuz p̃t eẽ sensitiuũ q̃d ꝓpriũ q̃ vnoquoq̃ sensu sentim⁹: ñ ꝟz accñs: vt mot⁹: stat⁹: figure magnitudinis: nũeri vni⁹. Hec. n. oĩa motu sentimus vt magnitudine motu: q̃re ⁊ figura. Magnitudo. n. quedaz ⁊ figura ẽ. Quiescens ãt ĩ eo ꝙ nõ mouet̃. Nũer⁹ vo negatõe ꝯtinui.

ℭ Postq̃ ph̃s ꝓbauit sufficiẽtiã sẽsuũ ex ꝑte sẽsibiliũ ꝓpoꝛũ. In ꝑte ista: vt dicebat̃ ꝓbat sẽsuũ sufficiẽtiã. ⁊ oñdit ꝙ nõ ẽ dare sextũ sẽsuz ex ꝑte sẽsibiliũ cõiuz. p̃t ãt ex eo ꝙ h̃ dr̃. cũ p̃cedẽti formari vna talis rõ. si eẽt dare sextũ sensuz vel h̃ eẽt ꝑꝑ ꝟsibilia ꝓp̃a vel ꝑꝑ cõia: s꞉ nõ ẽ dare sextũ sensuz ꝑꝑ sẽsibilia ꝓp̃a: q꞉ oĩa sẽsibilia ꝓp̃a sẽtiunt̃ aliq̊ dictoꝛũ q̃nq̃ sẽsuũ: ⁊ nll'a ẽ passio sẽsibilis corpoꝝ h̃ exñtiũ q̃ nõ sẽtiat̃ aliq̊ hoꝝ q̃nq̃ sẽsuũ. g̊ p̃ter ꝟsibilia ꝓp̃a ñ ẽ dare sextuz sensũ: vt satis ẽ patefactũ ꝑ iã dicta: nec ẽt ẽ dare sextũ sẽsuz p̃ter ꝟsibilia cõia: vt patefiet ꝑ dicẽda. g̊ sũt tm̃ q̃nq̃ sẽsus: ⁊ nõ ẽ dare pl'es sensus. itẽtio g̊ ph̃i in hac ꝑte ẽ ꝓbare ꝙ p̃ter ꝟsibilia cõia nõ ẽ dare sextũ sensuz. circa q̃ð duo fac̃. q꞉ p̊mo facit q̃ð dcm̃ ẽ. 2.º assignat cãz ⁊ rõnẽ: q̃re hꝰ sẽsibilia cõia sentiunt̃ plurib⁹ sensib⁹: ⁊ nõ vno sensu tm̃ ibi. (Ingret aũt aliq̃s.) Circa p̊^m tria fac̃: ꝟm ꝙ tripl'r ꝓbat ꝙ p̃ter sensibilia cõia nõ ẽ dare sextũ sensũ. 2.ª ibi (Et ꝓpꝛijs vnusq̃sq̃. n.) 3.ª ibi. (Sic. n. erit.) dic̃ g̊. At vo nz cõium sensibiliũ põt esse aliq̃ð sensitiuũ ꝓpꝛiũ q̃ cõia sensibilia sentimus vnoquoq̃ sẽsu nõ ꝟm accñs: vt cognitio mot⁹ stat⁹ figure magnitudis ⁊ nũeri. ⁊ ẽt cognitio vni⁹ ẽ ꝑ sensum nõ ꝟz accñs. nã h̃ oĩa sentim⁹ motu. i. ꝑ motũ: ⁊ ꝑ trãsmutationẽ factã in sensu. g̊ hꝰ sensibilia nõ sentiunt̃ ꝑ accñs: q꞉ sensibile ꝑ accñs nll'm motũ ⁊ nullã trãsmutationẽ fac̃ in sensuz: ꝙ aũt h̃ sic sentiant̃ pz. q꞉ magnitudinẽ ꝑcipim⁹ motu. i. ꝑ motũ ⁊ trãsmutationẽ factã in sensu. q̃re ⁊ figuraz ꝑcipim⁹ ꝑ hꝰ trãsmutatiões: q꞉ figura est q̃dã magnitudo. quiescens aũt ꝑcipit̃ a nobis ĩ eo ꝙ nõ mouet̃. nũer⁹ aũt ꝑcipit̃ negatiõe ꝯtinui: ⁊ vnũ ꝑcipimus in eo sup. ꝙ ẽ q̃d cõtinuũ. si g̊ magnitudo ⁊ mot⁹ aliq̃d faciũt ĩ sensu: ⁊ sunt sensibilia nõ ꝑ accñs: oĩa h̃ erũt sẽsibilia nõ ꝑ accñs: q꞉ aliq̊ reducũtur ad magnitudinẽ ⁊ motũ. ℭ Nõn⁹ ãt ꝙ si p̃ter sensibilia cõia eẽt dare sextũ sensuz: tũc hꝰ sẽsibilia eẽnt ꝓp̃a illi sexto sẽsui: s꞉ si sẽsibilia cõia eẽnt ꝓp̃a illi sexto sensui: vel alicui sensui sentirent̃ ꝑ accñs ab alijs sensibus: s꞉ ꝯñs est falsuz: q꞉ nõ sentiunt̃ ꝑ accñs ab his sẽsib⁹. g̊ ñ sũt ꝓp̃a alicui alij ꝟsui: ⁊ ꝑ ꝯñs ꝑꝑea nõ oz ponere sextũ ꝟsum.

Dubitaret forte aliq̃s. q꞉ dicit h̃ ph̃s ꝙ h̃ sẽsibilia sentiunt̃ vnoquoq̃ ꝟsu. q̃ð pz falsuz eẽ q꞉ figura nõ p̃t ꝑcipi nisi tactu ⁊ visu. ℭ Dõz hãc q̃õnẽ determiatã fuisse suꝑius in cap'lo de sẽsibilib⁹ cõib⁹: vbi dicebat̃ ꝙ sẽsibilia cõia ꝑcipiunt̃ vnoquoq̃ ꝟsu: nõ oĩa: s꞉ q̃dã: oĩa tñ hec sũt cõia. nõ q꞉ oĩa ꝑcipiant̃ oibus: s꞉ q꞉ oĩa percipiunt̃ plurib⁹. mot⁹. n. q̃es ⁊ nũerus ꝑcipiunt̃ oib⁹. magnitudo vo ⁊ figura nõ ꝑcipiunt̃ oibus: s꞉ plurib⁹. ꝑcipiuntur enĩ: vt dicebat̃: tactu ⁊ visu. cũ g̊ dr̃ ꝙ h̃ sẽsibilia ꝑcipiunt̃ vnoq̃z ꝟsu: ñ ẽ ĩtelligẽ^m de oib⁹ ꝟsibilib⁹ cõib⁹: s꞉ de aliq̃b⁹.

Alterius forte dubitaret aliq̃s. q꞉ vr̃ ꝙ h̃ nũerent̃ sex ꝟsibilia cõia. v꞉. motus magnitudo figura status siue q̃es nũerus ⁊ vnũ. suꝑius ãt nõ nũerabant̃ nisi q̃nq̃. ℭ Dõz ꝙ sic̃ numerũ possum⁹ ꝑcipe multis ꝟsib⁹: sic ⁊ vnũ. nã sic̃ possum⁹ visu cog̊scere ꝙ sint pl'es colores ⁊ auditu ꝙ sint pl'es soni: sic possum⁹ ꝑcipere ꝙ sit vn⁹ color vel ꝙ sit vnus sonus. nõ ꝑꝑ h̃ tñ fuit ph̃s supꝛa diminut⁹: q꞉ vnitas ẽ ꝑs nũeri: ⁊ vnũ claudit̃ in numero sic̃ ꝑs in toto. vel possum⁹ dicere ꝙ sic̃ cog̊scimus numerũ p̊uatiõe ꝯtinui: sic cog̊scimus vnũ: q꞉ ꝯtinuũ. naz vnũ quod ẽ p̊n^m nũeri nõ separat̃ a ꝯtinuo. nã ⁊ si reꝑitur vnitas ĩ subiectis seꝑatis vl' si reꝑitur ibi nũerus ille nũerus nõ ẽ spẽs q̃titatis: nec illa vnitas ẽ pꝛĩcipiũ nũeri q̃ ẽ spẽs q̃titatis: s꞉ magis ille numerus ẽ q̃dã multitudo ꝯstituta ex vno sẽsu: ꝟz ꝙ in oibus reꝑitur ens ⁊ vnũ. illð g̊ vnũ magis reducit̃ ad vnũ q̃ð ꝯuertit̃ cũ ente. nõ aũt determinat̃ ad gen⁹ q̃titatis: ⁊ ide est ꝙ arithmeticus q̃ ꝯsiderat de oĩ vno q̃ð est pꝛĩcipiũ numeri nõ põt se ĩtromittere de subiectis seꝑatis. dicamus g̊ ꝙ tuz q꞉ vnũ reducit̃ ad ꝯtinuũ loquẽdo de vno de quo h̃ agit̃. tũ ẽt q꞉ vnũ ẽ ꝑs nũeri ex q̊ supꝛa ĩter sẽsibilia cõia cũ nũerabãt̃ ꝯtinuũ ⁊ nũer⁹ satis dabat̃ ĩtell'i ꝙ ẽt vnũ d̊bebat ĩter hꝰ ꝟsibl'ia ꝯputari. Deiñ cũ dic̃.

ℭ Et ꝓpꝛijs. Vnusq̃sq̃. n. vnum sentit sensus.

ℭ Quare manifestũ est: qm̃ ĩpossibile ẽ cuiuslibet ꝓpꝛiũ sensuz esse hoꝝ: vt motus. Com. 134.

ℭ Adducit scðam rõnez di. ⁊ ꝓpꝛijs. i. ⁊ q̃tum ad sensibilia ꝓp̃a. vnusq̃sq̃ eniz sẽsus sẽtit vnũ tale sẽsibile ꝓpꝛiuz: q̃re manifestũ est qm̃ ĩpossibile est cuiusl꞉ hoꝝ. i. cuiuscũq̃ horũ esse sensũ ꝓpꝛiuz vt motus ĩpossibile ẽ ꝙ sit aliq̃s sẽsus ꝓpꝛius: q꞉ sentit̃ a pluribus sensib⁹: sic ẽt magnitudis ⁊ cuiuslib꞉ sensibilis cõis nõ p̃t esse aliq̃s sẽsus ꝓpꝛi⁹: q꞉ quodlibet tale sentit̃ a ml'tis sensib⁹. tũc g̊ suppleat̃ rõ. ꝙ si nulluz hoꝝ sensibiliũ est ꝓpꝛiuz alicuius sensus. g̊ pꝛeter talia sensibilia nõ põt poni aliq̃s spãlis sensus nec pꝛeter ea poni poterit sextus sensus. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Sic. n. erit: sic̃ nũc visu dulce sentim⁹: hoc ãt ẽ qm̃ ãboꝝ hñtes existim⁹ sẽsuz quo cũ coicide rit cognoscim⁹. Si vero nõ: neq̃q̃ vtiq̃. Sed aut ꝟz accidens sentiebamus: vt Cleonis filiũ: non q꞉ Cleonis est: s꞉ qm̃ albet. Huic aũt accidit filius Cleonis esse.

ℭ Adducit tertiã rõnẽ. ℭ Ad cuius euidẽtiã sciẽdũ ꝙ hec rõ multũ ꝯcordat cũ p̊ma. nã sic̃ illa ꝓbat ꝙ sẽsibilia cõia nõ sũt ꝓp̃a alicui sexto sensui. q꞉ nõ sentiũtur ꝑ accidẽs ab alijs sensib⁹: sic ꝓbat ẽt ista: dr̃ñter tñ: q꞉ illa rõ quodãmõ erat sillogistica: h̃ aũt ẽ ĩductiua. ꝓbat̃. n. h̃ ꝑ ĩductionẽ ꝙ sensibilia cõia nõ sẽtiũtur ꝑ accñs. duo g̊ fac̃. q꞉ p̊mo distiguit quot modis sentit̃ aliq̃d ꝑ accñs. 2.º ĩducit in illos modos oñdẽs ꝙ nullo illoꝝ modoꝝ sensibilia cõia ꝑ accidẽs sentiri pñt. 2.ª ibi. (Cõiuz ãt.) dic̃ g̊. sic. n. erit de ꝟsibilib⁹ cõmunib⁹ si sentirẽtur ꝑ accñs: sic̃ nũc visu sentim⁹ dulce. h̃ ãt ẽ qm̃ existim⁹ hñtes sensuz amboꝝ. v꞉. tã albi q̃ dulcis q̊. i. ꝑꝑ q̃ð cũ coiciderit ĩ eodẽ subo albũ ⁊ dulce vel ali⁹ color cũ dulci cog̊scim⁹ dulce visu ꝑ accñs. si vo nõ coicidat dulce cũ colore neq̃q̃ vtiq̃ visu cog̊scem⁹ dulce. g̊ vno.^o ẽ sensibile ꝑ accñs sic̃ dulce sentim⁹ visu: s꞉ aut alio.^o sup. ꝟm accñs sentiebamus vt cleonis filiũ. nõ q꞉ cleonis filius ẽ: s꞉ qm̃ albus. nã huic autẽ. i. albo accidit cleonis filius esse. ℭ Notãdũ aũt ꝙ al'r vr̃ eẽ per accñs dulce ⁊ al'r fili⁹ cleonis. nã dulce sic sentit̃ a visu per accñs: ꝙ tñ sentit̃ ab alio sensu per se: vt a gustu: s꞉ filius cleonis sic vr̃ a visu ꝑ accñs ꝙ a nullo ꝑticulari sensu sentit̃ ꝑ se. ℭ Notãdũ ẽt ꝙ accidit albo ĩq̃tuz vr̃ ꝙ sit filius cleonis: q꞉ nõ vr̃ albũ in eo ꝙ filius cleonis: s꞉ in eo ꝙ color. ℭ Deide cũ dicit.

ℭ Cõium autez habemus iaz sensuz cõez nõ ꝟz

accidēs. Nō igitur ē ꝓprius. Nequaqꝫ.n. vtiqꝫ
sentiremus. Sꝫ aut sic sicut dcm̄ ē: Cleonis fi/
liū nosvidere: adinuicē.n. ꝓpria scđꝫ accidens
sentiūt sensus: nō scđꝫ ꝙ ipsi sūt: ꝫ scđꝫ ꝙ vn⁹
siml'fiat sensus in eodē. Ut colera qdez amara
ꝛ rubicūda. Nō enim alterius sensus dicere ꝙ
ambo vnū: ꝓpter qđ ꝛ decipit̄. Qꝛ si sit rubicū
dum colerā opinatur esse.

Probat sensibilia cōia nō sentiri ꝑ accn̄s ꝛ nō eē aliquez
ꝓpriū sensū eoꝝ īducēdo ī modos ꝑ accn̄s q̊s distinxerat
dicēs: ꝙ cōiuꝫ āt sensibiliū iā hēmus cōez sensuꝫ nō ꝫ ac/
cidēs sentit illa sensibilia cōia. dn̄r āt sensibilia cōia sentiri
a cōi sensu nō ꝑ accn̄s. qꝛ sentiunt̄ a plurib⁹ sensib⁹ nō per
accn̄s sꝫ ꝑ se. ꝛ qꝛ sic ē. nō igit̄ ē sensus ꝓp̄us eoꝝ nec ꝓpter
ea oꝫ ponere spālez sensuꝫ. neq̄qꝫ.n. vtiqꝫ sentirem⁹ ea his
sensib⁹ ꝑ se: sꝫ aut sic dcm̄ ē sentirem⁹ ea sup. sic ꝯtigit nos
videre cleonis filiū aut: sic sensus sentiūt sensibilia ꝓp̄a adī/
uicē ꝫ accn̄s ꝛ nō ꝫ ꝙ ipsi sūt: sꝫ ꝫ ꝙ vn⁹ sēsus sup. sentit
sēsibile alteri⁹: cū sil'fiat sēsus illi⁹ sēsibilis ī eodez cū alio:
vt col'a gdē amara ꝛ rubicūda ē. ꝛ subdit. nō.n. ē alteri⁹ sen
sus dr̄e.i. cog̊scere ꝙ ambo vnū.i. ꝙ rubicūdū ꝛ amarum
vniunt̄ ī vnū. nll's.n. sēsus ꝑticl'aris iudicat ꝑ se de ambo/
b⁹bis. vꝫ. de rubicūdo ꝛ amaro q̄ ꝯtigūt eē ī vno ꝛ eodē: vt
ī col'a: ꝛ qꝛ nll's sēsus ꝑticularis iudicat de his ābob⁹ ꝑ se: ꝫ
ē cā ꝑꝑ qđ decipit̄ sēsus ml'totiēs: qꝛ si sit rubicūdū col'aꝫ
opiat̄ eē. tūc g̊ supplēda ē rō. ꝙ si sēsibilia cōia nō ꝑcipiun/
tur ꝑ accn̄s: sic dulce a visu: nec sic cleonis fili⁹: cuꝫ isti sint
modi ꝑ accn̄s: ex īductiōe pꝫ hꝫ sēsibilia nō sentiri ꝑ accn̄s
ab his sēsib⁹: sꝫ si nō sentiunt̄ ꝑ accn̄s ab his sēsibus nullo
mō sūt ꝓp̄a alicui aliꝫ sēsui. nullo g̊ mō p̄ter sēsibilia cōia
oꝫ nos dare sextū sēsuꝫ. nec ēt ꝓpter ꝓp̄a. g̊ nullo mō ē dā/
dus sext⁹ sēsus. sūt g̊ tm̄ qnqꝫ sēsus: ꝛ nō plures: vt in p̄n°di/
cebat̄. Nōn^m āt ꝙ sēsus adiuicē sētiūt sēsibilia ꝓp̄a qn̄
coicidūt adiuicē ī eodē vt amarū qđ ē ꝓpriū obꝫ gustui: qđ
ꝑcipit̄ a visu: qꝛ ꝯtigit ꝫ qđ ē sēsibile gustus coicidere ī eodē
cū rubicūdo qđ ē obꝫ visus. ꝯtigit.n. idē subꝫ vt eādē col'aꝫ
eē rubeā ꝛ amarā. qn̄ g̊ ꝫ ꝯtigit visus nō sm̄ ꝙ visus.i. nō
ꝑ se indicabit de amaro: sꝫ iudicabit de eo ꝑ accn̄s inq̄ꝫtū
est cōiunctum rubeo. Deinde cum dicit.

Cō.135. Ingret aūt aliqs cui⁹ cā pl'es hēmus sensus.
Sꝫ ꝛ nō solū vnū: aut q̄ten⁹ min⁹ lateāt ꝯn̄a ꝛ
cōia: vt mot⁹ ꝛ magnitudo: ꝛ numer⁹. Si.n.
eēt visus solus: ꝛ ipse albi laterēt vtiqꝫ magis:
ꝛ viderent̄ esse idez oia ꝓpter id qđ ꝯsequunt̄
se adinuicem simul color ꝛ magnitudo. Nunc
aūt qm̄ in aliquo sensibili cōia sunt: manifestuꝫ
facit qđ aliud qđdā: vnūqđqꝫ ipoꝝ est.

Soluit q̄ꝫdaꝫ qōnē q̄ posset q̄ri circa ꝑtacta. īducit̄ aūt ꝫ
qō ml'tipl'r. nā gdā hāc qōnē sic ītroducūt: dicūt.n. ꝙ ph̄s
vult ꝫ reddere cām vel vult soluere hāc qōnē: q̄re nos ha
bemus plures sēsus ꝛ nō hēmus vnū tm̄ sēsuꝫ: sꝫ licꝫ supfi
cial'r videat̄ ꝫ in l'ra sonare tn̄ ex mētē ph̄i est sic īducere
ꝑtē istā. dicam⁹ g̊ cū ꝯmētatore ꝙ ph̄s nō vult ingrere: q̄re
hēmus plures sēsus ꝛ nō vnuꝫ tm̄: sꝫ vult q̄rere: q̄re ꝫ oba
vt magnitudo figura ꝛ cetera talia ꝑcipiūt̄ plib⁹ sēsib⁹ ꝛ n̄
ꝑcipiunt̄ vno tm̄ dicēs: īgret aūt aliqs cui⁹ cā hēmus pl'es
sēsus sup. ꝑcipiētes magnitudinē ꝛ motū ꝛ figuram ꝛ talia
cetera: sꝫ nō hēmus solū vnū sensuꝫ q ꝑcipiat ea. ꝛ rn̄det di
cēs. ꝙ aut ꝯtigit q̄ten⁹ minus lateāt hec oba q̄ sunt ꝯn̄a ad
oba ꝓp̄a: ꝛ q̄ sunt cōia vt mot⁹ ꝛ magnitudo ꝛ nūerus. naꝫ
si eēt solus visus q ꝑciperet ista oba ꝛ ipse visus eēt albi la/
terēt vtiqꝫ magis: qꝛ crederemus ea eē oba ꝓpria visus: iō

subdit ꝙ viderent̄ oia talia oba eē idē ꝑꝑ id qđ seq̄rent̄ se
adiuicē sil' color ꝛ magnitudo. nā qꝛ ꝫ hāc ypothesiꝫ n̄ ab
alio sēsu ꝑciperent̄ magnitudo q̄ꝫ color nō possemus bn̄ di
stiguere īter magnitudinē ꝛ colorē: sꝫ crederem⁹ ea eē idē:
ꝛ crederem⁹ ꝙ magnitudo eēt ꝓpriū ꝛ p̄ncipale obꝫ visus
sic ꝛ colō. nūc āt qm̄ ī altero sēbili repiūt̄ ꝫ sēsibilia: q̄ cōia
sunt. ꝫ manifestū facit ꝙ aliō gdē est vnūquodqꝫ ipoꝝ. vt
aliud est magnitudo. ꝛ aliud color. ꝛ al'r comparatur ad vi
sum magnitudo ꝛ aliter color.


Uontā autē sentimus qđ videmus: ꝛ Cō. 136.
audimus: necesse est aut visum senti/
re: qꝛ videt: aut altero. Si autez alte/
ro: aut ipo erit quo videt aut altero: ꝫ
idem erit visus: ꝛ subiecti coloris. Quare aut
duo eiusdem erunt aut idez eiusdem.

Postq̄ꝫ ph̄s ꝓbauit sufficiētiā sensuū. In ꝑte ista inuesti
gata sufficiētia sēsuuꝫ ꝑticulariū vult iuestigare nāꝫ sēsus
cōis. Ad cui⁹ euidētiā sciēdum ꝙ sensus cōis cognoscit
oia oba oiuꝫ ꝑticulariū sensuū. hn̄t.n. se ꝑticulares sensus
respectu sensu cōis. vt ifra ośdet̄ sic circūferētia. sēsus vō
cōis se hꝫ q̄si cētrū. igit̄ sic oēs linee ꝓcedētes a circūferē/
tia terminant̄ in cētrū: sic oēs imutatiōes facte ī ꝑticulari
bus sensib⁹ terminant̄ ī sensuꝫ cōez. ꝛ ꝑ oēs imutatiōes il
las imutari hꝫ sensus cōis. ꝛ qꝛ sēsus sentit illa a q̄bus imu
tat̄ ex quo oia ꝫ oba exteriora imutādo exteriores sensus
imutāt sensū cōez: seq̄tur ꝙ cōis sensus iudicare possit de
oib⁹his obis exteriorib⁹. ꝛ ēt de oib⁹imutatōib⁹fcis ī exte
riorib⁹ sēsib⁹. nā si ꝫ oba exteriora imutāt sēsū cōez imutā°
sēsus ꝑticulares oꝫ ipas imutatiōes ꝑticl'ariū sensuū ꝑcipi
a cōi sensu. duo g̊ pōt cōis sensus q̄ directe ꝛ ꝑ se nō pn̄t sen
sus ꝑticulares. nā si cōis sensus ꝑcipit imutatiōes sensuuꝫ
ꝑticulariū cognoscet actiōes eoꝝ: vt cognoscet ipsaꝫ visio/
nē ipaꝫ auditionē: ꝛ ēt alias actiones alioꝝ ꝑticulariū sen/
suū. nā si ex ꝫ fit visio: qꝛ visus imutat̄ a visibili: ꝛ auditio
qꝛ audit⁹ imutat̄ a sonabili q cognoscit imutationeꝫ visus
a visibili: ꝛ audit⁹ a sonabili cognoscit visionē ꝛ auditionē:
ꝛ q cognoscit imutationes factas ī oib⁹ sēsib⁹ cog̊scit actio
nes oiuꝫ sēsuuꝫ. ꝛ qꝛ ꝫ cognoscit sensus cōis: vt ē ꝑ habita
patefactū: bn̄ dcm̄ ē ꝙ vna excellentia: quā hꝫ cōis sensus
